

P. OVIDII NASONIS  
METAMORPHOSES

P. OVIDIO NASONE  
METAMORFOSI

At non Alcithoe Minyeias orgia censet  
 accipienda dei, sed adhuc temeraria Bacchum  
 progeniem negat esse Iouis sociasque sorores  
 impietatis habet. festum celebrare sacerdos  
 5 immunesque operum famulas dominasque suorum  
 pectora pelle tegi, crinales soluere uittas,  
 serta coma, manibus frondentes sumere thyrsos  
 iusserat et saeuam laesi fore numinis iram  
 uaticinatus erat. parent matresque nurusque  
 10 telasque calathosque infectaque pensa reponunt  
 turaque dant Bacchumque uocant Bromiumque Lyaeumque  
 ignigenamque satumque iterum solumque bimatrem;  
 additur his Nyseus indetonsusque Thyoneus  
 et cum Lenaeo genialis consitor uuae  
 15 Nycteliusque Eleleusque parens et Iacchus et Euhan  
 et quae praeterea per Graias plurima gentes  
 nomina, Liber, habes. tibi enim inconsumpta iuuenta est,

1-39. MN(S)U BF<sup>4</sup>GLP

1-39. desunt in F, suppl. F<sup>4</sup> (saec. XV) 5. immunes U P 7. comis BF<sup>4</sup>G  
 10. telasque calathosque M<sup>2c</sup>(S) P: telas//calathosque U<sup>4c</sup> telas et calathos(que) N<sup>c</sup> et  
 telas calathosque BG telasque et calathos M<sup>2c</sup> F<sup>4</sup>L 11. l(y/i)eu(m)que U<sup>4c</sup> B<sup>2c</sup>P: li-  
 ramque F<sup>4</sup>: lieum Ω (lic- L) 17. iuuentus N B: -tas (S) χ (prob. Heinsius) † est  
 om. NU<sup>c</sup> BG<sup>4c</sup>LP

Ma Alcitoe, la figlia di Minia, si ostina a pensare  
 che non vadano ammessi, i misteri del dio: con cieca caparbia  
 bestemmia, spalleggiata dalle sorelle, ed esclude  
 che Bacco sia figlio di Giove. Il sacerdote ha disposto  
 5 che si celebri un rito, e che lascino serve e padrone ogni impegno,  
 si coprano il petto di pelli, slaccino i nastri ai capelli,  
 si mettano in testa ghirlande, in pugno dei tirsi infrascati;  
 ha predetto che, a offendere il dio, la sua collera  
 sarà spietata. Donne e ragazze obbediscono:  
 10 lasciano a mezzo il lavoro al telaio e nei cesti,  
 bruciano incenso, chiamando Bacco e Bromio e Lileo,  
 figlio del fuoco, nato due volte e con due madri, l'unico;  
 e aggiungono quindi Niseo, Tioneo lunghi riccioli,  
 e ancora Leneo, che ha scoperto le gioie dell'uva,  
 15 Nictelio, e padre Eleleo, e Iacco, e Euhan,  
 e ogni altro nome che assumi nei molti paesi di Grecia,  
 Libero, giovinezza intatta, fanciullo in eterno,

tu puer aeternus, tu formosissimus alto  
 conspiceris caelo; tibi, cum sine cornibus adstas,  
 20 uirgineum caput est; Oriens tibi uictus adusque  
 decolor extremo qua tingitur India Gange;  
 Penthea tu, uenerande, bipenniferumque Lycurgum  
 sacrilegos mactas Tyrrhenaque mittis in aequor  
 corpora; tu biiugum pictis insignia frenis  
 25 colla premis lyncum; Bacchae Satyrique sequuntur,  
 quique senex ferula titubantes ebrius artus  
 sustinet et pando non fortiter haeret asello.  
 quacumque ingrederis, clamor iuuenalis et una  
 femineae uoces impulsaque tympana palmis  
 30 concauaque aera sonant longoque foramine buxus.  
 «Placatus mitisque» rogant Ismenides «adsis»,  
 iussaque sacra colunt; solae Minyeides intus  
 intempestiua turbantes festa Minerua  
 aut ducunt lanas aut stamina pollice uersant  
 35 aut haerent telae famulasque laboribus urgent.  
 e quibus una leui deducens pollice filum  
 «dum cessant aliae commentaque sacra frequentant,  
 nos quoque, quas Pallas, melior dea, detinet» inquit,  
 «utile opus manuum uario sermone leuemus  
 40 perque uices aliquid, quod tempora longa uideri  
 non sinat, in medium uacuas referamus ad aures».  
 dicta probant primamque iubent narrare sorores.  
 illa quid e multis referat (nam plurima norat)  
 cogitat et dubia est, de te, Babylonia, narret,  
 45 Derceti, quam uersa squamis uelantibus artus

40-159. MN(S)U BFGLP

19. sine cornibus adstas: confinibus astris (S<sup>2</sup>)U P 20. om. N<sup>ac</sup>, add. N<sup>1-2m</sup> | abus-  
 que M<sup>1</sup> 21. tingitur χ; cing. Ω 27. et: aut U P 34. aut ducunt: addu-  
 cunt MN 40. redit F<sup>1</sup> 41. sinet M | aures Σ: -as MUN(S) G 45. uer-  
 sam M<sup>ac</sup>U

bello come nessuno a mirarsi nel cielo supremo,  
 volto di vergine, a farti vedere smettendo le corna.  
 20 A te è sottomesso l'Oriente, fin dove, lontano,  
 l'India brunita si tinge dell'ultimo Gange.  
 Fai a pezzi, dio venerando, i sacrileghi, Penteo, Licurgo  
 dall'ascia a due lame, rovesci in mare i corpi tirreni;  
 a una pariglia di linci costringi fra vivide briglie  
 25 il collo macchiato: in corteo ti vengono dietro baccanti  
 e Satiri, e il vecchio ubriaco, che appoggia le membra malferme  
 su una verga, reggendosi appena alla gobba di un ciuco.  
 Dovunque passi, risuonano gridi di giovani  
 e canti di donne, che ritmano sui tamburelli le mani,  
 30 i bronzi cavi, i lunghi flauti di bosso.  
 «Vieni benevolo e in pace», le donne d'Ismeno t'implorano,  
 e svolgono i riti a dovere; soltanto le figlie di Minia  
 restano a casa, ai mestieri di Minerva nell'ora sbagliata,  
 guastando la festa: chi fila, chi torce la lana col pollice,  
 35 chi tesse ostinata, e costringe le serve al lavoro.  
 Una di loro, stirando col pollice lieve lo stame,  
 «Tutte hanno smesso, imbrancate in un culto chimero»,  
 dice; «ma noi, fedeli a una dea più potente, Minerva,  
 alleviamo alle mani il servizio parlando a piacere.  
 40 Per impedire che il tempo non passi mai, raccontiamoci  
 a turno qualche storiella: le orecchie non sanno che fare».  
 L'idea piace, e l'invitano le sorelle a parlare per prima.  
 Lei (ne sa tante) riflette sulla leggenda da scegliere:  
 raccontare di te, si domanda, Derceto babilonese,  
 45 che in forme mutate, a sentire le favole di Palestina,

stagna Palaestini credunt motasse figura,  
 an magis, ut sumptis illius filia pennis  
 extremos albis in turribus egerit annos,  
 Nais an ut cantu nimiumque potentibus herbis  
 50 uerterit in tacitos iuuenalia corpora pisces,  
 donec idem passa est, an, quae poma alba ferebat,  
 ut nunc nigra ferat contactu sanguinis arbor.  
 hoc placet; hanc, quoniam uulgaris fabula non est,  
 talibus orsa modis lana sua fila sequente:  
 55 «Pyramus et Thisbe, iuuenum pulcherrimus alter,  
 altera, quas Oriens habuit, praelata puellis,  
 contiguas tenere domos, ubi dicitur altam  
 coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.  
 notitiam primosque gradus uicinia fecit;  
 60 tempore creuit amor. taedae quoque iure coissent,  
 sed uetere patres; quod non potuere uetare,  
 ex aequo captis ardebant mentibus ambo.  
 conscius omnis abest; nutu signisque loquuntur,  
 quoque magis tegitur, tectus magis aestuat ignis.  
 65 fissus erat tenui rima, quam duxerat olim  
 cum fieret, paries domui communis utriusque.  
 id uitium nulli per saecula longa notatum  
 (quid non sentit amor?) primi uidistis amantes  
 et uoci fecistis iter, tutaeque per illud  
 70 murmure blanditiae minimo transire solebant.  
 saepe, ubi constiterant hinc Thisbe, Pyramus illinc,  
 inque uices fuerat captatus anhelitus oris,  
 "inuide" dicebant "paries, quid amantibus obstas?"

46. motasse Merkel: mutasse MU<sup>1</sup> B<sup>ac</sup>L<sup>2-3c</sup>P: coluisse N<sup>4c</sup>F<sup>c</sup>φ: celebrasse U<sup>3b</sup>B<sup>2c</sup>G:  
 habitasse (L<sup>ac</sup>?) g<sup>2c</sup>o | figuram M<sup>c</sup>U<sup>2c</sup>h 48. albis M: altis Ω 53. hoc: b(a)ec  
 φ | hanc (S) γ: b(a)ec MN<sup>2-3c</sup>B<sup>2c</sup>FG: hoc U B<sup>ac</sup>LP 57. contiguas M<sup>2c</sup>Σ: con-  
 tinuas Δ B | tenere: bab- M<sup>2c</sup>U GL<sup>3p</sup>P 64. tectus: tanto φ, Seruius ad Aen.  
 IV 2 69. uoci U<sup>c</sup>v<sub>3</sub>w (Heinsius): -is Ω, edd. plerique, Tarrant 71. ubi: ut  
 U P 72. uicem B<sup>c</sup> (Heinsius)

hai preso a correre i laghi con gli arti coperti di scaglie?  
 O di sua figlia, piuttosto, che mise le piume  
 e restò in una candida torre per tutta la vita?  
 O di una Naiade avvezza, con scongiuri e con erbe stregate,  
 50 a tramutare in pesci silenti dei giovani corpi  
 finché non toccò a lei lo stesso? O dei candidi frutti di un albero,  
 bagnati di sangue e oggi fattisi neri?  
 Ecco, ha deciso: la storia è tutt'altro che nota,  
 e così attacca, scorrendo il suo docile filo di lana:  
 55 «Piramo e Tisbe, il primo il più bello dei giovani,  
 l'altra la più ammirata ragazza d'Oriente,  
 abitavano in case contigue, nella città che si dice  
 cinta da Semiramide in un'alta muraglia di cotto.  
 La vicinanza li fece scoprire e avviarsi a conoscersi,  
 60 crebbe col tempo l'amore, e volevano unirsi per legge:  
 glielo proibirono i padri, benché impotenti a proibirgli  
 di perdere la testa, bruciando l'uno per l'altra.  
 Nessun confidente: si parlano a gesti e segnali,  
 più occultano la fiamma, più avvampa, in occulto, la fiamma.  
 65 C'era una lieve crepa, contratta a suo tempo,  
 in costruzione, dal muro comune alle case dei due,  
 difetto mai da nessuno scoperto per secoli e secoli  
 (ma di che non s'accorge l'amore?). A vederlo per primi  
 foste voi, innamorati, facendone una via per la voce:  
 70 un sussurro, e senza rischio passavano tenere frasi.  
 Più volte, con Tisbe in piedi di qua e di là Piramo  
 a cogliere il fiato a turno sulla bocca dell'altro,  
 "Ah, muro geloso, perché segregare due amanti?"

quantum erat, ut sineres toto nos corpore iungi?  
 75 aut, hoc si nimium est, uel ad oscula danda pateres!  
 nec sumus ingrati; tibi nos debere fatemur  
 quod datus est uerbis ad amicas transitus aures".  
 talia diuersa nequiquam sede locuti  
 sub noctem dixere "uale" partique dedere  
 80 oscula quisque suae non peruenientia contra.  
 postera nocturnos Aurora remouerat ignes  
 solque pruinosas radiis siccauerat herbas:  
 ad solitum coiere locum. tum murmure paruo  
 multa prius questi statuunt ut nocte silenti  
 85 fallere custodes foribusque excedere temptent,  
 cumque domo exierint, urbis quoque tecta relinquunt.  
 neue sit errandum lato spatiantibus aruo,  
 conueniant ad busta Nini lateantque sub umbra  
 arboris; arbor ibi niueis uberrima pomis,  
 90 ardua morus, erat, gelido contermina fonti.  
 pacta placent; et lux tarde discedere uisa  
 praecipitatur aquis, et aquis nox exit ab isdem.  
 Callida per tenebras uersato cardine Thisbe  
 egreditur fallitque suos adopertaque uultum  
 95 peruenit ad tumulum dictaque sub arbore sedit;  
 audacem faciebat amor. uenit ecce recenti  
 caede leaena boum spumantes oblita rictus  
 depositura sitim uicini fontis in unda;  
 quam procul ad lunae radios Babylonia Thisbe  
 100 uidit et obscurum timido pede fugit in antrum,  
 dumque fugit, tergo uelamina lapsa reliquit.

74. nos toto L 75. danda: sola U BG 77. datus est: d. es M<sup>c</sup> (ut uid.) χ: tu-  
 tus φ 78. neq. diu. BP 84. ut: sub F<sup>3c</sup> χ: in φ 85. temptant P 86.  
 tecta: claustra (i.e. portas) χ 89. ibi: erat F (quid P incertum) 90. (ardua m.  
 erat) dist. Ehwald 91. uisa est M<sup>2c</sup> φ (prob. Merkel, delete u. sequenti)  
 92. exit: surgit BG (de P n. l.) 97. spumanti feruida rictu U

Che sarebbe per te farci stringere in tutte le membra",  
 75 dicevano, "o aprirti, se è troppo, quanto basta a lasciarci baciare!  
 Ma ingrati non siamo; ammettiamolo, è a te che dobbiamo  
 lo spiraglio che guida le frasi all'orecchio che amiamo".  
 Così, dopo tanti vani lamenti, divisi com'erano,  
 si dissero addio nella notte che calava, e impressero baci  
 80 ognuno dal suo lato, che di là non passavano.  
 Poi, tornata l'aurora a spegnere i fuochi notturni  
 e il sole ad asciugare coi raggi le piante brinate,  
 s'incontrarono al solito posto. E lì, in un sussurro,  
 prima piangono a lungo, poi decidono, nella tacita notte,  
 85 d'ingannare i guardiani, provare a passare la porta  
 e, usciti di casa, a lasciarsi l'abitato alle spalle.  
 Per non smarrirsi vagando in aperta campagna,  
 s'incontreranno alla tomba di Nino, celandosi all'ombra  
 dell'albero: c'è appunto lì un albero gravato di bacche di neve,  
 90 un gran gelso sull'orlo di una fredda sorgente.  
 L'accordo li esalta, e il giorno, che sembra calare lentissimo,  
 s'immerge in mare, poi da quel mare si leva la notte.  
 Cautissima Tisbe socchiude la porta e nel buio  
 esce, sottraendosi ai suoi, e coprendosi il volto  
 95 arriva al sepolcro e si siede sotto il gelso, secondo l'accordo:  
 l'ha resa ardita, l'amore. Ma arriva, con fauci schiumanti,  
 una leonessa grondante del sangue di buoi appena uccisi:  
 vuole placare la sete nell'acqua alla fonte là accanto.  
 A distanza, nel lume di luna, Tisbe, la babilonese,  
 100 la vide e scappò in una grotta buia con gambe tremanti:  
 non s'accorse che il velo, fuggendo, le cadde di spalla.

ut lea saeua sitim multa compescuit unda,  
dum redit in siluas, inuentos forte sine ipsa  
ore cruentato tenues laniauuit amictus.

- 105 Serius egressus uestigia uidit in alto  
puluere certa ferae totoque expalluit ore  
Pyramus; ut uero uestem quoque sanguine tinctam  
repperit, "una duos" inquit "nox perdet amantes,  
e quibus illa fuit longa dignissima uita,  
110 nostra nocens anima est. ego te, miseranda, peremi,  
in loca plena metus qui iussi nocte uenires  
nec prior huc ueni. nostrum diuellite corpus  
et scelerata fero consumite uiscera morsu,  
o quicumque sub hac habitatis rupe leones!  
115 sed timidi est optare necem". uelamina Thisbes  
tollit et ad pactae secum fert arboris umbram,  
utque dedit notae lacrimas, dedit oscula uesti,  
"accipe nunc" inquit "nostri quoque sanguinis haustus",  
quoque erat accinctus, demisit in ilia ferrum.  
120 nec mora, feruenti moriens e uulnere traxit  
et iacuit resupinus humo: cruor emicat alte,  
non aliter quam cum uitiatu fistula plumbo  
scinditur et tenues stridente foramine longe  
eiaculatur aquas atque ictibus aera rumpit.  
125 arborei fetus aspergine caedis in atram  
uertuntur faciem, madefactaque sanguine radix  
purpureo tinguit pendentia mora colore.

Ecce metu nondum posito, ne fallat amantem,  
illa redit iuuenemque oculis animoque requirit,  
130 quantaque uitarit narrare pericula gestit.

113. om. M<sup>ac</sup> N<sup>ac</sup>(S), post 114 U B<sup>c</sup>G | *morsu: dente* L (deest P mutilus) 121.  
et: ut e l<sub>2</sub>, Tarrant 123. *tenues ... longe* χ (*longe* G): *tenui ... longas* Ω  
127. *ting(u)it* MN<sup>3</sup>U: *tinguet* N<sup>1</sup>: *tinxit* Σ (deest P)

La feroce leonessa, placata in molta acqua la sete,  
tornava nel bosco: le accadde di trovare la sciarpa leggera  
vuota di lei, e di stracciarla con le zanne imbrattate di sangue.

- 105 Uscendo più tardi, scopri nella polvere fonda  
impronte indubbie di belva e sbiancò in tutto il volto  
Piramo; poi, rinvenendo anche il velo macchiato di sangue,  
disse: "Quest'unica notte vedrà morire due amanti,  
e lei, che assai più di me meritava una vita lunghissima,  
110 il mio intelletto l'ha persa: sono io che ti ho uccisa, infelice,  
ti ho fatta venire di notte in questi paraggi d'orrore  
senza arrivare io per primo. Su, fatemi tutto a brandelli,  
straziate a morsi feroci le mie viscere infami,  
leoni che infestate queste rocce!  
115 Ma invocare la morte è da vili". Raccoglie lo scialle di Tisbe <  
e se lo porta all'ombra dell'albero, il loro convegno,  
copre di lacrime, copre di baci la sciarpa diletta:  
"E adesso", le dice, "beviti pure il mio sangue".  
La spada che aveva alla cintola, se l'immerse nel ventre,  
120 poi, mentre moriva, l'estrasse dalla ferita infuocata  
e cadde supino per terra; ne schizza altissimo il sangue,  
come quando si spacca in un punto più fragile un tubo di piombo <  
ed espelle fischiando dal breve buco un lunghissimo  
getto d'acqua, che irrompe violento nell'aria.  
125 Sotto la pioggia di morte, i frutti dell'albero assumono <  
un cupo colore: la radice, bagnata di sangue,  
tinge sui rami le more di porpora.  
Eccola, ancora atterrita, per non mancare al suo amante,  
tornare e cercare il ragazzo con gli occhi e col cuore:  
130 brucia di raccontargli che gravi rischi ha sfuggito.

utque locum et uisa cognoscit in arbore formam,  
 sic facit incertam pomi color; haeret, an haec sit.  
 dum dubitat, tremebunda uidet pulsare cruentum  
 membra solum retroque pedem tulit oraque buxo  
 135 pallidiora gerens exhorruit aequoris instar,  
 quod tremit, exigua cum summum stringitur aura.  
 sed postquam remorata suos cognouit amores,  
 percutit indignos claro plangore lacertos  
 et laniata comas amplexaque corpus amatum  
 140 uulnera suppleuit lacrimis fletumque cruori  
 miscuit et gelidis in uultibus oscula figens  
 "Pyrame" clamauit, "quis te mihi casus ademit?  
 Pyrame, responde! tua te, carissime, Thisbe  
 nominat; exaudi uultusque attolle iacentes".  
 145 ad nomen Thisbes oculos iam morte grauatos  
 Pyramus erexit uisaeque recondidit illa.  
 quae postquam uestemque suam cognouit et ense  
 uidit ebur uacuum, "tua te manus" inquit "amorque  
 perdidit, infelix. est et mihi fortis in unum  
 150 hoc manus, est et amor; dabit hic in uulnera uires.  
 persequar extinctum letique miserrima dicar  
 causa comesque tui, quique a me morte reuelli  
 heu sola poteris, poteris nec morte reuelli.  
 hoc tamen amborum uerbis estote rogati,  
 155 o multum miseri meus illiusque parentes,  
 ut quos certus amor, quos hora nouissima iunxit,  
 componi tumulo non inuideatis eodem.  
 at tu, quae ramis arbor miserabile corpus

131. uisa M: uisam Ω: uersam ο χ (Heinsius): uersa Postgate N<sup>ac</sup>U G et fort. B<sup>ac</sup>F<sup>ac</sup> (deest P) 136. tremit (N<sup>ac</sup>) φ: fr. Ω 140. cruore (S) Σ (deest P) 142. om. N<sup>ac</sup> (S) (de P n.l.) 143. responde: clamauit (M<sup>ac</sup>)(N<sup>ac</sup>) | carissime F: -a Ω (deest P) 145. iam U<sup>ac</sup> φ: a U<sup>ac</sup>N: in Ω (deest P) 150. hoc φ: b(a)ec Ω (deest P) 151. prosequar χ 154. hoc NU(S) BF<sup>ac</sup>G: bis M F<sup>3</sup>L<sup>2</sup>: bec ev<sup>2c</sup> (deest P) 155. miserique N<sup>c</sup> φ | meus: mei M<sup>c</sup>N<sup>c</sup>: nostri L<sup>ac</sup>

Il posto lo riconosce, e la sagoma nota dell'albero,  
 pure la fa dubitare (sarà quello?) il colore dei frutti.  
 Esita, e intanto s'accorge che sulla terra, bagnata di sangue,  
 c'è un corpo che palpita: indietreggiò, e con la faccia  
 135 più bianca del bosso, rabbrivì come il mare  
 fremme alla minima brezza che increspi il pelo dell'acqua.  
 Ma dopo il dubbio di un attimo, in lui riconosce il suo amore:  
 si batte le braccia innocenti di colpi sonori,  
 si strappa i capelli e abbracciando quel corpo diletto  
 140 riempi la ferita di lacrime, mischiando il suo pianto  
 al sangue, e coprendo di baci quel volto gelato  
 "Piramo, quale sciagura", gridò, "ti ha strappato da me?  
 Rispondimi, Piramo: è Tisbe, è lei, amore, a chiamarti;  
 ascoltami, tirala su, questa testa che lasci cadere!".  
 145 Al nome di Tisbe alzò gli occhi, pesanti di morte,  
 Piramo e dopo uno sguardo su lei li richiuse.  
 Lei riconobbe il suo scialle, gli vide la guaina d'avorio  
 vuota, senza la spada: "Così, la tua mano e l'amore  
 ti hanno ucciso, mio povero Piramo", gli disse. "Ma anch'io ho  
 150 se non altro per questo, e anch'io ho amore: sarà lui a dare forza al  
 [mano ferma,  
 [mio colpo.

Ti verrò dietro anche morto; della tua fine, diranno,  
 io fui sciagurata ragione e compagna. Strapparti da me  
 poteva solo la morte, ma ormai non può neanche la morte.  
 Pure, a nome mio e suo, una preghiera per voi,  
 155 genitori infelici miei e suoi: non vogliate impedirci,  
 legati da un solido amore come fummo e dall'ultimo istante,  
 di essere poi seppelliti in un solo sepolcro.  
 E tu che coi rami proteggi un unico povero corpo,

nunc tegis unius, mox es tectura duorum,  
 160 signa tene caedis pullosque et luctibus aptos  
 semper habe fetus, gemini monumenta cruoris".  
 dixit et aptato pectus mucrone sub imum  
 incubuit ferro, quod adhuc a caede tepebat.  
 uota tamen tetigere deos, tetigere parentes;  
 165 nam color in pomo est, ubi permaturuit, ater,  
 quodque rogis superest una requiescit in urna».

Desierat, mediumque fuit breue tempus, et orsa est  
 dicere Leuconoe; uocem tenuere sorores.  
 «hunc quoque, siderea qui temperat omnia luce,  
 170 cepit amor Solem; Solis referemus amores.  
 primus adulterium Veneris cum Marte putatur  
 hic uidisse deus; uidet hic deus omnia primus.  
 indoluit facto Iunonigenaeque marito  
 furta tori furtique locum monstrauit; at illi  
 175 et mens et quod opus fabrilis dextra tenebat  
 excidit. extemplo graciles ex aere catenas  
 retiaque et laqueos, quae lumina fallere possent,  
 elimat (non illud opus tenuissima uincant  
 stamina, non summo quae pendet aranea tigno),  
 180 utque leues tactus momentaque parua sequantur  
 efficit et lecto circumdata collocat apte.  
 ut uenere torum coniunx et adulter in unum,  
 arte uiri uinclisque noua ratione paratis  
 in mediis ambo deprensus amplexibus haerent.  
 185 Lemnius extemplo ualuas patefecit eburnas

160-89. MN(S)U BFGLP(T)

160-89. exstant in T, sed pauca admodum leguntur  
 que L: nigrosque et B<sup>1</sup>G 166. urna ... una N B 167. fuit: subit χ (Hein-  
 sius) 168. leuconoe (S) BG<sup>ac</sup>T: -thoe (ex 196) M<sup>ac</sup>NU F<sup>c</sup>G<sup>2c</sup>L: -thoen M<sup>2c</sup> Z  
 (deest P) 170. referamus BFL 177. quae: qui B<sup>v</sup> 181. apte M<sup>2v</sup>N<sup>2c</sup> L<sup>2c</sup>  
 q: arte (ex 183?) Ω (deest P)

albero, e presto dovrai proteggerne due,  
 160 serba un segno di morte, e continua a portare in eterno  
 frutti foschi, colore del lutto, a ricordo di un doppio massacro".  
 Tacque, si sistemò sotto il petto la punta  
 poi si buttò sulla spada, ancora calda di morte.  
 Ma la preghiera commosse gli dèi, commosse i due padri;  
 165 assumono un cupo colore le bacche mature  
 e quanto rimase dei roghi riposa in un solo sarcofago».

Così terminava il racconto. Un breve intervallo, <  
 e Leuconoe prese a narrare anche lei: le sorelle tacevano.  
 «Perfino l'astro splendente che tutto governa,  
 170 il Sole, fu preda d'amore: parlerò degli amori del Sole.  
 Il primo a vedere la tresca di Venere e Marte, <  
 s'immagina, fu questo dio; questo dio vede tutto per primo.  
 S'irritò a quella scena, e al marito di lei, che era figlio  
 di Giunone, svelò il come e il dove dell'oltraggio al suo letto.  
 175 All'altro sfuggì la ragione, e di mano il lavoro di fabbro.  
 Si mise all'istante a limare del bronzo in catene sottili,  
 in reti e laccioli capaci di sottrarsi alla vista  
 (un lavoro che vince in finezza le trame più fine,  
 vince la ragnatela sospesa alle travi del tetto):  
 180 li fabbrica in modo che cedano al tocco più lieve,  
 al minimo gesto, e ne cinge il giaciglio, stendendoli ammodo.  
 Quando salirono a letto, a convegno, la moglie e il suo amante,  
 per l'arte del marito e quei lacci di nuova invenzione  
 si trovano presi in trappola in mezzo agli abbracci.  
 185 E il dio di Lemno all'istante spalanca le porte d'avorio



immisitque deos. illi iacuere ligati  
turpiter, atque aliquis de dis non tristibus optat  
sic fieri turpis; superi risere, diuque  
haec fuit in toto notissima fabula caelo.

- 190 Exigit indicii memorem Cythereia poenam  
inque uices illum, tectos qui laesit amores,  
laedit amore pari. quid nunc, Hyperione nate,  
forma colorque tibi radiataque lumina prosunt?  
nempe tuis omnes qui terras ignibus uris  
195 ureris igne nouo, quique omnia cernere debes  
Leucothoen spectas et uirgine figis in una  
quos mundo debes oculos. modo surgis Eoo  
temperius caelo, modo serius incidis undis  
spectandique mora brumales porrigis horas;  
200 deficis interdum, uitiumque in lumina mentis  
transit, et obscurus mortalia pectora terres.  
nec tibi quod lunae terris propioris imago  
obstiterit palles; facit hunc amor iste colorem.  
diligis hanc unam, nec te Clymeneque Rhodosque  
205 nec tenet Aeaeae genetrix pulcherrima Circes,  
quaeque tuos Clytie quamuis despecta petebat  
concubitus ipsoque illo graue uulnus habebat  
tempore; Leucothoe multarum obliuia fecit,  
gentis odoriferae quam formosissima partu  
210 edidit Eurynome; sed postquam filia creuit,  
quam mater cunctas, tam matrem filia uicit.  
rexit Achaemenias urbes pater Orchamus isque  
septimus a prisco numeratur origine Belo.

190-231. MN(S)U BFGLP

186. *immisitque* M<sup>1</sup>: *adm-* Ω 193. *colorque* L 198. *temporius* N(U<sup>ac</sup>): *tem-*  
*poribus* M<sup>ac</sup> 203. *iste: ipse* U<sup>3c</sup> P 206. *petebat: ten-* U P 207. *ipsoque*  
U<sup>ac</sup> LP | *illoque animi g. u.* Pulbrook (*ipsoque animi iam* Bach) | *habebas*  
B<sup>c</sup>F<sup>ac</sup>GL<sup>ac</sup>P 211. *uicit* LP

e fa entrare gli dèi: i due restano stesi nei vincoli  
a loro vergogna, vergogna che qualche dio meno arcigno  
osa sperare per sé. I numi scoppiarono a ridere,  
e girò a lungo la favola da un capo all'altro del cielo.

- 190 Ma la dea di Citera non scorda la denuncia, e pretende vendetta:  
chi ha colpito i suoi amori segreti, lo colpisce a sua volta  
d'identico amore. E ormai a che ti servono bellezza e fulgore,  
figlio d'Iperione, o i tuoi raggi splendenti?  
Tu, proprio tu che bruci ogni terra al tuo fuoco,  
195 bruci di un fuoco a te ignoto; tu che devi osservare ogni cosa  
ti perdi a guardare Leucotoe, tieni fissi su un'unica vergine  
gli occhi che spettano al mondo. A volte ti levi più presto  
nei cieli d'Oriente, a volte ti tuffi in mare più tardi:  
ti fermi a guardarla, e prolunghi i giorni d'inverno;  
200 a volte sparisce, e trapassa il tormento del cuore <  
nella tua luce: t'oscuri, e atterrisci le menti degli uomini.  
Impallidisci, e non è che ti adombri la massa lunare,  
più vicina alla terra: è il colore che devi al tuo amore.  
Non tieni che a lei: non ti legano più né Climene né Rodo,  
205 né la madre stupenda di Circe a Eea,  
né Clizia, che tu disprezzavi e che pure sperava  
nel tuo amplesso, straziata anche all'epoca da una piaga profonda;  
quante di loro Leucotoe ti ha fatto scordare, <  
nata dal parto di Eurinome, la donna più bella al paese  
210 dei profumi; ma appena cresciuta, la figlia eclissò  
la madre di quanto la madre sapeva eclissare ogni altra.  
Orcamo, il padre di lei, era re dei paesi achemenidi,  
settimo in genealogia dopo il Belo dei tempi lontani. <

Axe sub Hesperio sunt pascua Solis equorum.  
 215 ambrosiam pro gramine habent; ea fessa diurnis  
 membra ministeriis nutrit reparatque labori.  
 dumque ibi quadripedes caelestia pabula carpunt  
 noxque uicem peragit, thalamos deus intrat amatos  
 uersus in Eurynomes faciem genetricis et inter  
 220 bis sex Leucothoen famulas ad lumina cernit  
 leuia uersato ducentem stamina fuso.  
 ergo ubi ceu mater carae dedit oscula natae,  
 "res" ait "arcana est; famulae, discedite, neue  
 eripite arbitrium matri secreta loquendi".  
 225 paruerant, thalamoque deus sine teste relicto  
 "ille ego sum" dixit "qui longum metior annum,  
 omnia qui uideo, per quem uidet omnia tellus,  
 mundi oculus. mihi (crede!) places". pauet illa metuque  
 et colus et fusus digitis cecidere remissis;  
 230 ipse timor decuit. nec longius ille moratus  
 in ueram rediit speciem solitumque nitorem;  
 at uirgo, quamuis inopino territa uisu,  
 uicta nitore dei posita uim passa querela est.  
 Inuidit Clytie (neque enim moderatus in illa  
 235 Solis amor fuerat) stimulatque paelicis ira  
 uulgat adulterium diffamatamque parenti  
 indicat; ille ferox immansuetusque precantem  
 tendentemque manus ad lumina Solis et "ille  
 uim tulit inuitae" dicentem defodit alta

232-61. MN(S)U<sup>3</sup> BFGLP

215. *habent; ea: habentia* (U<sup>ac</sup>) G<sup>ac</sup>P 224. *abripite* P: *arr-* FL | *loquendi* MU<sup>c</sup>  
 225. *paruerunt* L (Heinsius) | *relictus* L<sup>2c</sup> dw: *-tos* M<sup>2c</sup> F 226. *emetior* FL  
 227. om. M<sup>ac</sup>N<sup>ac</sup>(S) 228. *oculus* N<sup>1</sup>, quod con. Heinsius, puncto post *tellus* po-  
 sito 229. *fusus* M<sup>2c</sup>U FLP: *-i* (M<sup>ac</sup>)N BG 231. *speciem: faciem* N BF (ex  
 III 474?) 232-83. (= fol. 42) *suppeditauit manus recentior* in U (= U<sup>3</sup>)  
 234. *illam* P 236. *diffamatamque* Plan ψ, con. Heinsius: *-umque* Ω

Sotto il cielo d'Esperia hanno i pascoli i cavalli del Sole,  
 215 invece d'erba c'è ambrosia, che nutre i corpi spossati  
 dal compito d'ogni giorno e li temprà per nuove fatiche.  
 E mentre i cavalli lì brucano il fieno celeste  
 e compie la notte il suo turno, entra il dio nelle stanze  
 del suo amore, cambiando i suoi tratti in quelli materni di Eurinome  
 220 e vede, fra dodici serve, alla lucerna Leucotote  
 che gira il suo fuso e fila la lana polita.  
 La bacia, come una madre bacia una figlia diletta,  
 poi dice: "Ho un segreto per te: uscite, ragazze,  
 lasciate a una madre il diritto a un colloquio privato".  
 225 Le serve ubbidiscono, e il dio, senza più testimoni,  
 "Io sono", le dice, "chi regola il corso dell'anno,  
 chi vede tutto, e fa sì che veda tutto la terra,  
 l'occhio del mondo. Credimi, io t'amo". Lei si spaventa  
 e dal terrore le cadono di mano fuso e conocchia.  
 230 Ma le dona perfino il timore. Lui, senza perdere tempo,  
 riprende l'aspetto che è suo e il fulgore di sempre:  
 così la ragazza, che pure trema alla vista improvvisa,  
 cede al fulgore del dio, e senza un gemito accetta lo stupro.  
 S'ingelosisce Clizia (sfrenata era stata per lei la passione  
 235 del Sole), e la rabbia che nutre per la rivale la spinge  
 a divulgare la tresca, denunciandola al padre di lei  
 sotto una luce infame. Lui diventa una fiera, è spietato: lei supplica,  
 tende le mani alla luce del Sole e: "Mi ha fatto violenza,  
 io non volevo", gli giura. Ma il padre brutale l'intertra

- 240 crudus humo tumulumque super grauis addit harenae.  
dissipat hunc radiis Hyperione natus iterque  
dat tibi, qua possis defossos promere uultus;  
nec tu iam poteras enectum pondere terrae  
tollere, nympha, caput corpusque exsanguē iacebas.
- 245 nil illo fertur uolucrum moderator equorum  
post Phaethonteos uidisse dolentius ignes.  
ille quidem gelidos radiatorum uiribus artus  
si queat in uiuum temptat reuocare calorem;  
sed quoniam tantis fatum conatibus obstat,
- 250 nectare odorato sparsit corpusque locumque,  
multaque praequestus "tanges tamen aethera" dixit.  
protinus imbutum caelesti nectare corpus  
delicuit terramque suo madefecit odore,  
uirgaque per glaebas sensim radicibus actis
- 255 turea surrexit tumulumque cacumine rupit.  
At Clytien, quamuis amor excusare dolorem  
indiciumque dolor poterat, non amplius auctor  
lucis adit Venerisque modum sibi fecit in illa.  
tabuit ex illo dementer amoribus usa:
- 260 nimborum patiens et sub Ioue nocte dieque  
sedit humo nuda nudis incompta capillis  
perque nouem luces expers undaeque cibique  
rore mero lacrimisque suis ieiunia pauit,  
nec se mouit humo; tantum spectabat euntis
- 265 ora dei uultusque suos flectebat ad illum.  
membra ferunt haesisse solo; partemque coloris

262-83. MN(S)U<sup>3</sup> BF<sup>3</sup>GLP

242. qua M<sup>ac</sup>: quo Ω 243. enectum: iniecto Harrison: oneratum Watt 249.  
fatum tantis P 251. praequestus: post questus FLP: perqu- φ 259. clemen-  
ter P 260. nimborum patiens χ (coni. Bentley): n(y/i)mpharum p. Ω:  
n(y/i)mph- imp- M<sup>2c</sup>N<sup>c</sup>U<sup>3</sup> F<sup>2c</sup> φ 261-701 deest F<sup>1</sup>, suppl. F<sup>4</sup> (saec. XV)  
264. eunti M<sup>ac</sup>(N<sup>ac</sup>?)

- 140 dentro a una fossa profonda, con su un greve monte di sabbia.  
Il figlio d'Iperione l'abbatte coi raggi,  
aprendoti un varco per farti levare la faccia sepolta;  
ma ormai non potevi più alzare, povera ninfa, la testa schiacciata  
dal peso della terra, eri un corpo privo di vita.
- 145 Dal rogo di Fetonte, mai aveva visto, si dice,  
niente di più doloroso, l'auriga dei cavalli volanti.  
Pure, egli tenta a forza di raggi, se appena è possibile,  
di richiamare negli arti gelati il calore vitale;  
ma quando a tutti i suoi sforzi si oppose il destino,
- 150 cosparses di aroma di nettare il corpo e la fossa <  
e disse, fra mille lamenti: "Però salirai fino al cielo".  
Appena impregnato del nettare divino, il corpo si sciolse  
bagnando del suo profumo il terreno:  
e uno stelo d'incenso, via via che metteva radici,
- 155 trafisse le zolle spaccando con la punta la tomba.  
Ma a Clizia, benché la passione potesse scusarne il dolore  
e potesse scusarne il dolore la denuncia, mai più  
volle accostarsi il signore della luce, a cercarne l'amore.  
Lei prese allora a struggersi, la passione divenne demenza, <  
e si esposse alle piogge, all'aperto di notte e di giorno,  
seduta sul nudo terreno, a testa nuda e arruffata,  
per nove giorni interi senza mangiare, senz'acqua,  
saziando il digiuno di sola rugiada e di lacrime,  
non si mosse da terra, fissando soltanto la faccia  
del dio che passava, e girando la testa a seguirlo.  
Allora, raccontano, gli arti di lei radicarono al suolo

luridus exsanguis pallor conuertit in herbas,  
 est in parte rubor uiolaeque simillimus ora  
 flos tegit. illa suum, quamuis radice tenetur,  
 270 uertitur ad Solem mutataque seruat amorem.»  
 dixerat, et factum mirabile ceperat aures.  
 pars fieri potuisse negant, pars omnia ueros  
 posse deos memorant; sed non et Bacchus in illis.

Poscitur Alcithoe, postquam siluere sorores;  
 275 quae radio stantis percurrrens stamina telae  
 «uulgatos taceo» dixit «pastoris amores  
 Daphnidis Idaei, quem nymphe paelicis ira  
 contulit in saxum (tantus dolor urit amantes);  
 nec loquor ut quondam naturae iure nouato  
 280 ambiguus fuerit modo uir, modo femina Sithon.  
 te quoque, nunc adamas, quondam fidissime paruus,  
 Celmi, Ioui largoque satus Curetas ab imbri  
 et Crocon in paruos uersum cum Smilace flores  
 praetereo dulcique animos nouitate tenebo.  
 285 unde sit infamis, quare male fortibus undis  
 Salmacis eneruet tactosque remolliat artus,  
 discite. causa latet, uis est notissima fontis.

Mercurio puerum diua Cythereide natum  
 Naides Idaeis enutriuere sub antris,  
 290 cuius erat facies, in qua materque paterque  
 cognosci possent; nomen quoque traxit ab illis.  
 is tria cum primum fecit quinquennia, montes  
 deseruit patrios Idaque altrice relicta  
 ignotis errare locis, ignota uidere  
 295 flumina gaudebat, studio minuente laborem.

284-91. MN(S)U BF<sup>4</sup>GLP      292-365. EMN(S)U BF<sup>4</sup>GLP

269. sua NU<sup>3</sup>    271. aures: omnes M<sup>2a</sup>(S<sup>2</sup>) G    273. et: est F<sup>4</sup>L<sup>2c</sup> φ    277.  
 n(y/i)mpb(a)e M P    284. redit U<sup>1</sup>    292. denuo accedit E (Δ = EMNU)

e, in parte, il malato pallore della carne li mutò in steli esanguì;  
 il volto, la parte arrossata, coprì un fiore uguale alla viola.  
 Così, benché la radice la freni, continua a voltarsi al suo Sole  
 270 e, trasformata com'è, gli conserva il suo amore.»

Tacque: la storia mirabile aveva sedotto le orecchie;  
 chi la trovò inverosimile, chi ammonì che ogni cosa è possibile  
 se gli dèi sono autentici; ma Bacco non è di quel numero.

È il turno di Alcitoe: le sorelle hanno detto la loro.

275 E lei, continuando al telaio a passare fra i fili la spola:  
 «Non parlerò», cominciò, «degli amori anche troppo famosi <  
 di Dafni, il pastore dell'Ida, che mutò in pietra una ninfa  
 gelosa di una rivale; tanto brucia, in amore, il rancore!  
 Né dirò come fu che una volta, violando la legge  
 280 di natura, l'ambiguo Sitone fosse ora uomo, ora donna.

Te pure, che oggi sei acciaio e un tempo eri, Celmi, il fedele <  
 di Giove bambino, e i Cureti, spuntati da un vasto diluvio,  
 e Croco, che insieme a Smilace fu mutato in minuscolo fiore,  
 trascurerò, per sedurvi la mente con nuove attrazioni.

285 Da dove la sua mala fama, perché la Salmacide snervi  
 con acque debilitanti e infiacchisca le membra che tocca,  
 vi dirò: se ne ignora la causa, ma l'effetto della fonte è notissimo.

Un figlio nato a Mercurio dalla dea di Citera <  
 fu tirato su dalle Naiadi negli antri dell'Ida.

290 Ritrovavi nei tratti del volto sua madre e suo padre:  
 da loro prese anche il nome. Una volta compiuti  
 quindici anni, lasciò le montagne natali  
 abbandonando l'Ida dove era stato allevato  
 per divertirsi a vagare per luoghi mai visti, a vedere  
 295 fiumi mai visti: il capriccio gli rendeva ogni sforzo leggero.

ille etiam Lycias urbes Lyciaeque propinquos  
 Caras adit; uidet hic stagnum lucentis ad imum  
 usque solum lymphae. non illic canna palustris  
 nec steriles uluae nec acuta cuspidi iunci;  
 300 perspicuus liquor est. stagni tamen ultima uiuo  
 caespite cinguntur semperque uirentibus herbis.  
 nympa colit, sed nec uenatibus apta nec arcus  
 flectere quae soleat nec quae contendere cursu,  
 solaque Naiadum celeri non nota Dianae.  
 305 saepe suas illi fama est dixisse sorores:  
 "Salmaci, uel iaculum uel pictas sume pharetras,  
 et tua cum duris uenatibus otia misce".  
 nec iaculum sumit nec pictas illa pharetras,  
 nec sua cum duris uenatibus otia miscet,  
 310 sed modo fonte suo formosos perluit artus,  
 saepe Cytoriaco deducit pectine crines  
 et quid se deceat spectatas consulit undas;  
 nunc perlucenti circumdata corpus amictu  
 mollibus aut foliis aut mollibus incubat herbis;  
 315 saepe legit flores. et tum quoque forte legebat,  
 cum puerum uidit uisumque optauit habere.  
 nec tamen ante adiit, etsi properabat adire,  
 quam se composuit, quam circumspexit amictus  
 et finxit uultum et meruit formosa uideri.  
 320 Tum sic orsa loqui: "puer o dignissime credi  
 esse deus, seu tu deus es, potes esse Cupido,  
 siue es mortalis, qui te genuere, beati  
 et frater felix et fortunata profecto  
 si qua tibi soror est, et quae dedit ubera nutrix;

296. *propinquas* F<sup>4</sup> φ    298. *nymp(a)e* EM<sup>1</sup> P<sup>1</sup>    299. *nec*<sup>1</sup>: non F<sup>4</sup>P  
 300. sic dist. NU: post *stagni* EM Σ (nulla distinctio in F<sup>4</sup>)    308. *non ... non* U  
 P    310. *proluit* (S) B<sup>1</sup>GL    317. *nec. non* F<sup>4</sup>P    320. *puero dignissima*  
 E(M<sup>ac</sup>)    323. *frater* N<sup>4v</sup> L<sup>2-3c</sup> χ; *mater* Ω

Finì per giungere in Licia e in Caria, il paese vicino  
 alle città della Licia: scoprì lì uno stagno  
 d'acqua limpida fino al fondale; niente canne palustri,  
 né sterili alghe, né giunchi puntuti e affilati:  
 100 l'acqua è chiara, e lo stagno si cinge soltanto sui margini  
 di prato fresco e d'erbe sempre verdi.  
 Ci vive una ninfa, ma senza attitudine alla caccia, o abitudine  
 a tendere l'arco, o a gare di corsa; era l'unica  
 Naiade sconosciuta alla rapida Diana.  
 105 Più volte, si narra, le sorelle tornarono a dirle:  
 "Salmacide, prendi una lancia, un turcasso a colori,  
 e alterna al riposo fatiche di caccia".  
 Ma lei non prende né lancia, né turcasso a colori,  
 e non alterna al riposo fatiche di caccia;  
 110 si lava invece ogni tanto alla sua fonte il bel corpo,  
 continua a lisciarsi i capelli con un pettine in bosso del Citoro,  
 si specchia, e s'acconcia secondo i consigli dell'acqua.  
 Ora si avvolge sul corpo un velo traslucido  
 e si stende su morbide foglie o su un morbido prato;  
 115 coglie sovente fiori. Una volta che stava cogliendoli  
 vide il ragazzo, e le venne voglia di prenderselo.  
 Prima di andargli incontro, però, nonostante la smania,  
 si dette un colpo di pettine, buttò sui suoi veli un'occhiata,  
 spianò la faccia a un sorriso, accertandosi d'essere bella.  
 120 Poi prese a dirgli: "Ragazzo che meriti in tutto  
 di passare per dio, se sei un dio, sei forse Cupido;  
 se sei un mortale, felici tuo padre e tua madre,  
 beato tuo fratello, fortunata davvero, se esiste,  
 tua sorella, e la balia che ti ha dato il seno;

325 sed longe cunctis longeque beator illis,  
 si qua tibi sponsa est, si quam dignabere taeda.  
 haec tibi siue aliqua est, mea sit furtiua uoluptas,  
 seu nulla est, ego sim, thalamumque ineamus eundem".  
 Nais ab his tacuit. pueri rubor ora notauit  
 330 (nescit enim quid amor), sed et erubuisse decebat.  
 hic color aprica pendentibus arbore pomis  
 aut ebori tincto est aut sub candore rubenti,  
 cum frustra resonant aera auxiliaria, lunae.  
 poscenti nymphae sine fine sororia saltem  
 335 oscula iamque manus ad eburnea colla ferenti  
 "desinis, an fugio tecumque" ait "ista relinquo?".  
 Salmacis extimuit "loca" que "haec tibi libera trado,  
 hospes" ait simulatque gradu discedere uerso,  
 tum quoque respiciens, fruticumque recondita silua  
 340 delituit flexumque genu submisit. at ille,  
 ut puer et uacuis ut inobseruatus in herbis,  
 huc it et hinc illuc et in adludentibus undis  
 summa pedum taloque tenuis uestigia tingit;  
 nec mora, temperie blandarum captus aquarum  
 345 mollia de tenero uelamina corpore ponit.  
 tum uero placuit, nudaque cupidine formae  
 Salmacis exarsit; flagrant quoque lumina nymphae,  
 non aliter quam cum puro nitidissimus orbe  
 opposita speculi referitur imagine Phoebus.  
 350 uixque moram patitur, uix iam sua gaudia differt,

325. *beator*: *potentior* φ (deest P mutilus) | *illis* ζ; *illa* Ω (*i. est* BL, deest P)  
 328. *seu* M<sup>2v</sup> Σ; *sed* E<sup>ac</sup>M<sup>2c</sup>; *si* E<sup>2c</sup>M<sup>2v</sup>(S)NU G 330. *enim quid* EMN; *quid sit* U  
 BF<sup>4</sup>GL (deest P) | *et* om. F<sup>4</sup>L 331. *omnis*: *malis* B (deest P) 336. *an f.* EM  
 G; *aut f.* Ω (*auf.* N<sup>ac</sup>U<sup>ac</sup>) (deest P) 340. *flexumque* U: *-uque* (G<sup>ac</sup>) o<sup>1</sup>, Lach-  
 mann ad Lucr. IV 952, edd. plerique: *-aque* E: *-oque* Ω (deest P) 341. *ut puer*  
*et uacuis ut* Heinsius: *ut puer ut ... et* F<sup>4</sup>L: *at p. ut ... et* (S): *scilicet ut ... et* Ω | *ua-*  
*cuis* EM<sup>c</sup>(S): *-uus* Ω 346. *placuit* EM(S): *stupuit* N<sup>2-3c</sup>U BL: *ostupuit* F<sup>4</sup>G (de-  
 est P) 347. *nymphae*: *-es* (S) B<sup>ac</sup>GL *-is* E (deest P)

335 ma molto più fortunata, più fortunata di tutti  
 la sposa, se esiste, che tu onorerai delle faci nuziali;  
 se c'è, questa sposa, io ti rubo a volo una voglia,  
 se non c'è, prendi me, entriamo insieme nel letto nuziale!".  
 La Naiade tacque. Il ragazzo arrossì tutto in faccia  
 330 (non sa che sia amore), e il rossore lo rese perfino più bello.  
 È un colore di mela sul ramo di un albero al sole,  
 d'avorio tinto di porpora, è il candore scaldato di rosso  
 della luna, che i bronzi echeggiando soccorrono invano.  
 La ninfa lo incalza, chiedendogli almeno dei baci fraterni,  
 335 sta già per buttargli le braccia intorno al collo d'avorio,  
 ma lui: "La finisci?" le grida, "o scappo e ti pianto qui sola".  
 Si spaventa Salmacide e "Prenditi questo posto", gli dice,  
 ["straniero,  
 te lo lascio", e finge d'andarsene girando sui tacchi,  
 ma guardandosi spesso alle spalle. Andò ad appostarsi  
 340 dentro a un fitta boscaglia, sedendosi a gambe incrociate.  
 L'altro, convinto che il prato sia vuoto e nessuno l'osservi,  
 girella qua e là, bagnando al capriccio dell'onda  
 la punta del piede, la pianta, immergendo il tallone;  
 quindi, sedotto dal dolce tepore dell'acqua,  
 345 si toglie dal tenero corpo le morbide vesti.  
 Allora sì che le piacque; la nuda bellezza di lui  
 accese di desiderio Salmacide: ha in fiamme anche gli occhi  
 come, a opporgli uno specchio, il disco fulgente di Febo  
 rimanda riflesso un bagliore accecante.  
 350 Fatica ormai ad aspettare, fatica a posporre il piacere;

iam cupit amplecti, iam se male continet amens.  
 ille cauis uelox applauso corpore palmis  
 desilit in latices alternaque braccia ducens  
 in liquidis translucet aquis, ut eburnea si quis  
 355 signa tegat claro uel candida lilia uitro.  
 "uicimus et meus est!" exclamat Nais et omni  
 ueste procul iacta mediis immittitur undis  
 pugnantemque tenet luctantiaque oscula carpit  
 subiectatque manus inuitaque pectora tangit  
 360 et nunc hac iuueni, nunc circumfunditur illac;  
 denique nitentem contra elabique uolentem  
 implicat, ut serpens, quam regia sustinet ales  
 sublimemque rapit (pendens caput illa pedesque  
 alligat et cauda spatiantes implicat alas),  
 365 utue solent hederæ longos intexere truncos,  
 utque sub aequoribus deprensus polypus hostem  
 continet ex omni dimissis parte flagellis.

Perstat Atlantiades sperataque gaudia nymphæ  
 denegat; illa premit commissaque corpore toto  
 370 sicut inhaerebat, "pugnes licet, improbe" dixit,  
 "non tamen effugies. ita di iubeatis, et istum  
 nulla dies a me nec me diducat ab isto".  
 uota suos habuere deos; nam mixta duorum  
 corpora iunguntur faciesque inducitur illis  
 375 una. uelut, si quis conducatur cortice ramos,  
 crescendo iungi pariterque adolescere cernit,

366-97. EMN(S)U BF<sup>4</sup>GL(P)

352. corpore: pectore χ 353. ducens: iactans U P 355. claro: puro U<sup>2v</sup> P  
 356. et: en o χ | est: es φ 358. pugnantemque tenet: -ntesque manus EM(N<sup>ac</sup>) |  
 luctantiaque: inuitaque EM(N<sup>ac</sup>)(S): inuitoque dg 365. utue: utque φ (deest  
 P) 366-97. uix legitur P 369. commissaque (S<sup>2c</sup>) gv<sup>2v</sup> χ: d(e/i)missaque  
 Ω 371. et: ut M<sup>2v</sup> B<sup>2c</sup>L 372. diducat dh<sup>v</sup> F<sup>4</sup>: de- Ω: se- ζ (teste Ciofano)  
 373. habuere: tetigere M<sup>2v</sup> BL

mania ormai per l'amplesso, delira e non sa più tenersi.  
 Lui intanto si batte veloce le palme sul corpo,  
 poi salta nel lago, e muovendo ora un braccio ora l'altro  
 riluce in quell'acqua chiarissima, come una statua d'avorio  
 355 o un candido giglio attraverso il più limpido vetro.  
 "Ho vinto", grida la Naiade, "è mio!" Butta via ogni vestito,  
 si tuffa in mezzo alle onde, lo stringe, mentre lui si dibatte,  
 a viva forza gli strappa dei baci, gli passa le mani  
 in basso, gli accarezza il petto ribelle,  
 360 s'avvinghia tutta al ragazzo da un lato e dall'altro.  
 Infine malgrado la lotta di lui che si sforza a fuggirla,  
 l'allaccia come un serpente, tenuto nel becco dall'aquila reale  
 e portato nell'alto dei cieli (sospeso com'è le avvolge le zampe  
 e la testa, le avvinghia le ali spiegate dentro la coda);  
 365 o come l'edera chiude nel suo groviglio i gran tronchi,  
 o, in fondo al mare, il polipo che cattura un nemico  
 l'imprigiona buttandogli intorno da tutte le parti i tentacoli.  
 Resiste, il nipote d'Atlante, e rifiuta alla ninfa il piacere  
 che s'aspetta; ma quella lo stringe, congiunge al suo tutto il corpo,  
 370 s'attacca a lui e "Hai un bel combattere", dice, "insolente che sei:  
 tanto non scappi; accordatemi, dèi, che non venga mai il giorno  
 che lui si stacchi da me o che io mi stacchi da lui".  
 La preghiera le valse gli dèi: e avvinghiati com'erano  
 i corpi dei due si confondono, assumono un'unica forma  
 375 come, quando uno innesta sotto la scorza dei rami,  
 li vede, man mano che crescono, saldarsi ed evolversi insieme,

sic, ubi complexu coierunt membra tenaci,  
 nec duo sunt sed forma duplex, nec femina dici  
 nec puer ut possit, neutrumque et utrumque uidentur.  
 380 ergo ubi se liquidas, quo uir descenderat, undas  
 semimarem fecisse uidet mollitaque in illis  
 membra, manus tendens, sed iam non uoce uirili  
 Hermaphroditus ait: "nato date munera uestro,  
 et pater et genetrix, amborum nomen habenti;  
 385 quisquis in hos fontes uir uenerit, exeat inde  
 semiuir et tactis subito mollescat in undis".  
 motus uterque parens nati rata uerba biformis  
 fecit et incesto fontem medicamine tinxit».

Finis erat dictis, et adhuc Minyeia proles  
 390 urget opus spernitque deum festumque profanat,  
 tympana cum subito non parentia raucis  
 obstrepere sonis et adunco tibia cornu  
 tinnulaque aera sonant; redolent murraeque crocique,  
 resque fide maior, coepere uirescere telae  
 395 inque hederæ faciem pendens frondescere uestis;  
 pars abit in uites et, quae modo fila fuerunt,  
 palmite mutantur; de stamine pampinus exit;  
 purpura fulgorem pictis accommodat uuis.  
 iamque dies exactus erat tempusque subibat  
 400 quod tu nec tenebras nec possis dicere lucem,  
 sed cum luce tamen dubiae confinia noctis;  
 tecta repente quati pinguesque ardere uidentur  
 lampades et rutilis conlucere ignibus aedes

398-481. EMN(S)U BF<sup>4</sup>GLP

378. om. M<sup>ac</sup>, add. M<sup>2m</sup> | *sed: et E B<sup>ac</sup>* (Heinsius) 379. *neutrumque M<sup>ac</sup> N<sup>c</sup> L: nec  
 utrumque Ω: necutrumque Vollmer | uidentur M<sup>ac</sup>: -etur Ω* 382. *non iam EM*  
 385-6. inu. ord. EMN<sup>ac</sup> 386. *et: ut EM* 387. *data E(M<sup>ac</sup>)* 388. *incesto*  
 E<sup>1</sup>(M<sup>ac</sup>)(N<sup>ac</sup>)(S) G<sup>ac</sup>: *incerto Ω* 389. *dicti EM<sup>ac</sup>* 393. *redolent NU<sup>3c</sup>: et ol-*  
 Ω 400. *possis P: -es Ω* 403. *collucere d γ: collucent Ω*

così s'accoppiarono i corpi dentro all'amplesso tenace:  
 e non sono più due, ma una duplice figura, impossibile a dirsi  
 donna o ragazzo, che ha l'aria di nessuno dei due e tutti e due.  
 380 Così, appena scopre che l'acqua limpida, dove era entrato <  
 uomo, l'ha reso maschio a metà e gli ha infiacchito le membra,  
 tendendo le braccia, ma con voce già non maschile,  
 Ermafrodito esclama: "Accordate una grazia,  
 padre mio, madre, al figlio che unisce nel suo i vostri nomi:  
 385 possa ogni uomo che scende in questa sorgente riuscirne  
 uomo a metà e indebolirsi d'improvviso al contatto con l'acqua!".  
 Commosi i due genitori alle frasi dell'ibrido figlio,  
 l'esaudirono e sciolsero nello stagno un filtro malefico».

Qui cessava il racconto: ma le figlie di Minia continuano  
 390 l'assiduo lavoro, a dispregio del dio, e ne profanano il rito. <  
 All'improvviso si sentono strepitare invisibili timpani  
 in toni rauchi, echeggiare flauti dal becco ricurvo,  
 un tintinno di bronzi, e un profumo di mirra e di croco:  
 e, fatto al di là del credibile, i telai si fecero verdi, <  
 395 misero foglie simili all'edera le stoffe al telaio;  
 altre divennero viti, e gli orditi di subito prima  
 si mutarono in tralci, le trame sbucarono in pampini,  
 tinse la porpora i grappoli del suo stupendo colore.  
 Il giornoolgeva alla fine: s'avvicinava il momento  
 400 che non puoi più chiamare né luce né tenebra,  
 ma un'ultima luce al confine con l'incerta notte.  
 Il tetto si squassa d'un tratto, sembra che bruci la resina  
 delle torce e che tutte le stanze s'accendano in rosso di fuoco,



falsaque saeuarum simulacra ululare ferarum.  
 405 fumida iamdudum latitant per tecta sorores  
 diuersaeque locis ignes ac lumina uitant;  
 dumque petunt tenebras, paruos membrana per artus  
 porrigitur tenuique includit braccia penna.  
 nec qua perdiderint ueterem ratione figuram  
 410 scire sinunt tenebrae. non illas pluma leuauit,  
 sustinere tamen se perlucentibus alis.  
 conataeque loqui minimam et pro corpore uocem  
 emittunt peraguntque leues stridore querelas;  
 tectaue, non siluas celebrant lucemque perosae  
 415 nocte uolant seroque tenent a uespere nomen.  
 Tum uero totis Bacchi memorabile Thebis  
 numen erat, magnasque noui matertera uires  
 narrat ubique dei, de totque sororibus expers  
 una doloris erat nisi quem fecere sorores.  
 420 aspicit hanc natis thalamoque Athamantis habentem  
 sublimes animos et alumno numine Iuno  
 nec tulit et secum: «potuit de paelice natus  
 uertere Maeonios pelagoque immergere nautas  
 et laceranda suae nati dare uiscera matri  
 425 et triplices operire nouis Minyeidas alis;  
 nil poterit Iuno nisi inultos flere dolores?  
 idque mihi satis est? haec una potentia nostra?  
 ipse docet quid agam (fas est et ab hoste doceri)  
 quidque furor ualeat Penthea caede satisque  
 430 ac super ostendit; cur non stimuletur eatque  
 per cognata suis exempla furoribus Ino?».

407. tenebras: latebras W χ 408. tenuique ... penna EMN(S) BG<sup>c</sup>: -esque ...  
 penn(a)e U F<sup>4</sup>LP: -ique ... -e G<sup>ac</sup> | includit B: -unt Ω: inducit Heinsius 412. et  
 E<sup>ac</sup>M: om. Ω 413. leui N<sup>c</sup> φ (Heinsius) 416. uenerabile b W (coni. Gil-  
 bert) 417. numen Ω: nom- φ, Tarrant 420. thalamisque NU 421.  
 alumno E<sup>ac</sup>M: -ni Ω 426. nil: nec L<sup>ac</sup>P | inultos: multos M<sup>2v</sup> G 431. sorori-  
 bus NU<sup>1-2v</sup>

che ruggiscano vani spettri di belve feroci.  
 405 Corrono le sorelle per le stanze fumanti a nascondersi,  
 si spargono qua e là, a scansare le fiamme e i bagliori;  
 e mentre cercano il buio, gli si stende sugli arti rattirati  
 una membrana, gli intrappola in ali sottili le braccia;  
 per che via abbiano perso l'antica figura,  
 410 il buio non lascia scoprirlo. Non furono penne ad alzarle:  
 si reggevano invece nell'aria sopra ali traslucide;  
 tentano di parlare, gli esce una debole voce  
 a misura del corpo e squittiscono sommessi lamenti;  
 frequentano le case, non i boschi; detestano il giorno  
 415 e volano di notte; prendono nome dal vespro inoltrato.  
 Allora davvero per tutta Tebe si celebra Bacco  
 come un nume; e si mette a vantare dovunque i suoi grandi poteri <  
 una zia del dio nuovo, fra tante sorelle la sola  
 che non abbia provato altre pene da quella che sente per loro.  
 420 Ma Giunone la vede con l'anima piena d'orgoglio  
 per i figli, il marito Atamante, per il dio che ha allevato:  
 non lo sopporta e si dice: «Se il figlio di quella sfacciata <  
 è riuscito a cambiare e a tuffare in mare dei pirati meonii,  
 a far sì che una madre straziasse la carne del figlio,  
 425 ad avviluppare in ali mai viste le tre figlie di Minia,  
 non resta a Giunone che piangere i suoi crucci e lasciarli impuniti?  
 Dovrei contentarmi di questo? Davvero non ho altri poteri?  
 Sarà lui a suggerirmi l'azione: può ben farsi maestro, un nemico;  
 e dove possa arrivare la follia lo dimostra anche troppo  
 430 la fine di Penteo: perché non spingere Ino,  
 con tanti esempi in famiglia, sulla via della stessa follia?».

Est uia decliuis, funesta nubila taxo;  
 ducit ad infernas per muta silentia sedes.  
 Styx nebulas exhalat iners, umbraeque recentes  
 435 descendunt illac simulacraque functa sepulcris;  
 pallor hiemsque tenent late loca senta, nouique,  
 qua sit iter, manes, Stygiam quod ducat ad urbem  
 ignorant, ubi sit nigri fera regia Ditis.  
 mille capax aditus et apertas undique portas  
 440 urbs habet, utque fretum de tota flumina terra,  
 sic omnes animas locus accipit ille nec ulli  
 exiguus populo est turbamue accedere sentit.  
 errant exsanguis sine corpore et ossibus umbrae,  
 parsque forum celebrant, pars imi tecta tyranni,  
 445 pars aliquas artes, antiquae imitamina uitae  
 <.....>  
 [exercent, aliam partem sua poena coercent.]

Sustinet ire illuc caelesti sede relicta  
 (tantum odiis iraeque dabat) Saturnia Iuno.  
 quo simul intrauit sacroque a corpore pressum  
 450 ingemuit limen, tria Cerberus extulit ora  
 et tres latratus semel edidit. illa sorores  
 Nocte uocat genitas, graue et implacabile numen;  
 carceris ante fores clausas adamante sedebant  
 deque suis atros pectebant crinibus angues.  
 455 quam simul agnorunt inter caliginis umbras,  
 surrexere deae. sedes Scelerata uocatur:  
 uiscera praebebat Tityos lanianda nouemque

433. multa (U<sup>ac</sup>) φ 435. illuc N<sup>c</sup> φ 436-8. del. Polle 436. tenet L<sup>c</sup> φ  
 437. quod E<sup>2c</sup>N<sup>4c</sup>U Σ: qua Δ (L<sup>ac</sup>) | ducit (S) F<sup>2</sup> φ 441. ille: ipse NU 445.  
 aliquas: alias γ 445-6. antiquas (Slater) artes ... | exercent alii, partem Pul-  
 brook post 445 lacunam statuit Bentley 446. habent in marg. N<sup>2</sup> B<sup>2</sup> φ,  
 om. Ω, agnoscit ps.-Ou. de Vetula 3, 451-3 (ut monuit Gärtner), del. D. Heinsius  
 449. sacroque corpore EM: sacro quoque c. φ 450. ingemuit E<sup>ac</sup>MN B<sup>1</sup>GL: intr-  
 E<sup>2c</sup>U B<sup>2c</sup>F<sup>3</sup>P 451. semel: simul N<sup>4v</sup> GL<sup>2-3c</sup> 454. spectabant N<sup>ac</sup> B

C'è un sentiero in discesa, ombreggiato da tassi funerei: <  
 conduce ai regni infernali, attraverso un silenzio di tomba.  
 Fra i vapori che esala lo Stige stagnante, lo scendono  
 435 le ombre recenti, i fantasmi di quanti hanno avuto un sepolcro.  
 Livore e inverno dominano a perdita d'occhio il triste paese;  
 i nuovi mani non sanno la strada per la città dello Stige,  
 né dove sorga la macabra reggia del funebre Dite.  
 Mille accessi ha l'immensa città, e porte aperte  
 440 da ogni lato: come fa il mare con tutti i fiumi del mondo,  
 tutte le anime accoglie questo posto, e non c'è al mondo popolo  
 che vi stia stretto: neppure s'accorge che cresce la folla.  
 Vagano qui senza corpo, senz'ossa ombre esangui: <  
 chi s'affolla nel foro, chi al palazzo del principe infero,  
 445 chi [pratica] qualche mestiere, ripetendo la vita di un tempo:  
 <.....>  
 [e sconta la sua pena un ultimo gruppo].  
 Laggiù s'azzardò ad avventurarsi, lasciando il suo posto  
 [nel cielo,  
 (tanto smania dall'odio e dall'ira) la figlia di Saturno, Giunone.  
 Appena vi entrò e il limitare, gravato dal corpo celeste,  
 450 gemette, Cerbero alzò le tre teste e mandò tre latrati  
 a un tempo. È venuta a chiamare le figlie <  
 della Notte, sorelle divine tremende e implacabili.  
 Sedute davanti alle porte d'acciaio sbarrate del carcere,  
 lasciavano i neri serpenti in mezzo ai capelli;  
 455 ma appena la scorsero per la foschia tenebrosa,  
 le dee si levarono. Il luogo si chiama il Soggiorno degli Empi:  
 Tizio li offriva allo scempio le viscere, steso a occupare <

iugeribus distractus erat; tibi, Tantale, nullae  
deprenduntur aquae, quaeque imminet, effugit arbor;  
460 aut petis aut urges rediturum, Sisyphe, saxum;  
uoluitur Ixion et se sequiturque fugitque;  
molirique suis letum patruelibus ausae  
adsiduae repetunt, quas perdant, Belides undas.

Quos omnes acie postquam Saturnia torua  
465 uidit et ante omnes Ixiona, rursus ab illo  
Sisyphon aspiciens «cur hic e fratribus» inquit  
«perpetuas patitur poenas, Athamanta superbum  
regia diues habet, qui me cum coniuge semper  
spreuit?» et exponit causas odiique uiaequae  
470 quidque uelit; quod uellet erat ne regia Cadmi  
staret, et in facinus traherent Athamanta furores.  
imperium, promissa, preces confundit in unum  
sollicitatque deas. sic haec Iunone locuta,  
Tisiphone canos, ut erat, turbata capillos  
475 mouit et obstantes reiecit ab ore colubras  
atque ita «non longis opus est ambagibus» inquit;  
«facta puta quaecumque iubes. inamabile regnum  
desere teque refer caeli melioris ad auras».  
laeta redit Iuno, quam caelum intrare parantem  
480 roratis lustrauit aquis Thaumantias Iris.

Nec mora, Tisiphone madefactam sanguine sumit  
importuna facem fluidoque cruore rubentem  
induitur pallam tortoque incingitur angue  
egrediturque domo; Luctus comitatur euntem

482-542. EMN(S)U BF<sup>4</sup>GLPT

458. *distentus* L 460. *ruiturum* M<sup>2v</sup>U F<sup>4</sup>LP 463. *perdant* Δ P<sup>ac</sup>: -unt E<sup>2c</sup>U<sup>c</sup>  
Σ 464. *facie postquam* M<sup>2c</sup> L: p. f. F<sup>4</sup>P 471. *furores: sorores* N<sup>c2</sup> B<sup>y</sup>(L<sup>ac</sup>)  
φ 473. *sic: uix* Hartman 474. *canos ut erat* N<sup>c</sup> F<sup>4</sup>GP: ut e. c. Δ BL  
482-543. exstant in T (Σ = BF<sup>4</sup>GLPT)

nove iugeri: e tu non riesci, Tantalo, ad attingere l'acqua, <  
e l'albero che ti s'inclina sulla testa continua a sfuggirti. <  
460 Rincorri, Sisifo, e spingi il macigno che crolla in eterno; <  
rotea Issione inseguendo e fuggendo sé stesso; <  
per aver macchinato, avventate, la strage dei loro cugini,  
le nipoti di Belo continuano ad attingere l'acqua e a riprenderla. <

Li squadro tutti la figlia di Saturno con occhi feroci,  
465 e prima di tutti Issione: poi torna a girare lo sguardo  
su Sisifo, e chiede: «Perché, se sono fratelli, costui  
soffre un supplizio eterno, e il superbo Atamante  
vive in un ricco palazzo, lui che mi ha sempre spregiata  
insieme a sua moglie?». E racconta le ragioni dell'odio e del viaggio,  
470 e quello che vuole: vuole che crolli la reggia di Cadmo  
e che le Furie spingano Atamante al delitto.  
Mischia comandi, promesse, preghiere in un solo monologo  
cercando di sobillare le dee. Quand'ebbe finito,  
Tisifone scosse, arruffata com'era, i grigi capelli,  
475 si scostò dalla faccia un groviglio di bisce a impacciarla,  
e rispose: «Non servono tanti arzigogoli:  
qualsiasi cosa comandi, dalla per fatta. E ora lascia  
questo regno tristissimo e tornatene nell'aria più dolce del cielo».  
Parti soddisfatta Giunone, e quando fu sulla soglia del cielo,  
480 venne Iride, figlia di Taumante, a irrorarla con acqua lustrale.

Non perde tempo, Tisifone: prende, spietata com'è,  
una fiaccola intrisa di sangue, indossa un mantello  
rosso di sangue fresco, si attorce a cintura un serpente  
e lascia la casa. Ha il Lutto a compagno di viaggio

485 et Pauor et Terror trepidoque Insania uultu.  
 limine constiterant; postes tremuisse feruntur  
 Aeolii pallorque fores infecit acernas  
 solque locum fugit. monstris exterrita coniunx,  
 territus est Athamas, tectoque exire parabant;  
 490 obstitit infelix aditumque obsedit Erinys,  
 nexaque uipereis distendens brachia nodis  
 caesariem excussit; motae sonuere colubrae,  
 parsque iacent umeris, pars circum pectora lapsae  
 sibila dant saniemque uomunt linguisque coruscant.  
 495 inde duos mediis abruptit crinibus angues  
 pestiferaque manu raptos immisit; at illi  
 Inoosque sinus Athamanteosque pererrant  
 inspirantque graues animas. nec uulnera membris  
 ulla ferunt; mens est, quae diros sentiat ictus.  
 500 attulerat secum liquidi quoque monstra ueneni,  
 oris Cerberei spumas et uirus Echidnae  
 erroresque uagos caecaeque obliuia mentis  
 et scelus et lacrimas rabiemque et caedis amorem,  
 omnia trita simul, quae sanguine mixta recenti  
 505 coxerat aere cauo uiridi uersata cicuta;  
 dumque pauent illi, uergit furiale uenenum  
 pectus in amborum praecordiaque intima mouit.  
 tum face iactata per eundem saepius orbem  
 consequitur motis uelociter ignibus ignes.  
 510 sic uictrix iussique potens ad inania magni  
 regna redit Ditis sumptumque recingitur anguem.

488. *exterrita: et t. E cont. G est t. B* (coni. Bentley) 489. *parabant* N<sup>c</sup> P: *-bat*  
 Ω 493. *pectora: tempora* LT 494. *linguisque* NU BF<sup>a</sup>G<sup>c</sup>: *-aque* EM L<sup>ac</sup>:  
*-asque* (S) G<sup>ac</sup>L<sup>2c</sup>PT (Heinsius) 495. *abruptit* φ 498. *animas* (S)U BGL<sup>ac</sup>  
 T<sup>ac</sup>: *-os* Ω 499. *diros om. M<sup>ac</sup>* (*tales et totos* M<sup>3c</sup>, M<sup>3v</sup>): *duros* F<sup>4</sup>L. 504.  
*mixta* MNE GL<sup>2-3c</sup>: *tincta* U Σ 506. *uergit* Graevius: *uertit* Ω 509. *motos*  
 U BGPT

485 e la Paura, e il Terrore, e la Follia dalla faccia stravolta.  
 Si ferma davanti alla soglia; e la porta del figlio di Eolo,  
 si dice, tremò, mentre l'acero dei battenti perdeva il colore  
 e il sole fuggiva il paese. Atterrita ai prodigi sua moglie,  
 atterrito Atamante, s'apprestavano a lasciare la casa:  
 490 ma in faccia a sbarrargli la strada s'ergeva l'Erinni funesta  
 che stese le braccia avvinghiate da nodi di vipere  
 e scosse la testa: a quel gesto i serpenti fischiarono  
 e, quali adagiati a lei in spalla, quali scendendole in petto,  
 mandano sibili, sputano veleno: le lingue dardeggiano.  
 495 Poi in mezzo ai capelli si strappa due aspidi  
 e li scaglia brutale con mano mortifera:  
 quelli perlustrano il petto a Ino e ad Atamante  
 soffiandovi un fiato di peste: sul corpo non fanno ferite;  
 è solo la mente a provarne l'orribile assalto.  
 500 S'era portata anche dietro un succo mirabile e tossico:  
 la bava delle fauci di Cerbero, il veleno di Echidna,  
 vaneggiamenti e delirio, oblio della mente accecata,  
 colpa, lacrime, rabbia e smania di uccidere:  
 il tutto pestato e mischiato insieme con sangue recente,  
 505 poi bollito in paiolo di rame e rimestato con verde cicuta.  
 Ai due che tremano, istilla il filtro che porta demenza  
 in petto, e li conturba nel più profondo dell'anima.  
 Poi rotea più volte la torcia in un circolo rapido  
 forzando col gesto la fiamma a inseguire la fiamma.  
 510 E infine, compiuto il mandato, ritorna nel regno spettrale  
 di Dite potente, trionfante, e si slaccia alla cinta il serpente.

Protinus Aeolides media furibundus in aula  
 clamat: «io, comites, his retia tendite siluis!  
 hic modo cum gemina uisa est mihi prole leaena»,  
 515 utque ferae sequitur uestigia coniugis amens  
 deque sinu matris ridentem et parua Learchum  
 braccia tendentem rapit et bis terque per auras  
 more rotat fundae rigidoque infantia saxo  
 discutit ora ferox. tum denique concita mater,  
 520 seu dolor hoc fecit seu sparsum causa uenenum,  
 exululat passisque fugit male sana capillis  
 teque ferens paruuum nudis, Melicerta, lacertis  
 «euhoë Bacche!» sonat; Bacchi sub nomine Iuno  
 risit et «hos usus praestet tibi» dixit «alumnus».  
 525 imminet aequoribus scopulus; pars ima cauatur  
 fluctibus et tectas defendit ab imbribus undas,  
 summa riget frontemque in apertum porrigit aequor.  
 occupat hunc (uires insania fecerat) Ino  
 seque super pontum nullo tardata timore  
 530 mittit onusque suum; percussa recanduit unda.  
 at Venus immeritae neptis miserata labores  
 sic patruo blandita suo est: «o numen aquarum,  
 proxima cui caelo cessit, Neptune, potestas,  
 magna quidem posco, sed tu miserere meorum,  
 535 iactari quos cernis in Ionio immenso,  
 et dis adde tuis. aliqua et mihi gratia ponto est,  
 si tamen in medio quondam concreta profundo  
 spuma fui Graiumque manet mihi nomen ab illa».  
 adnuit oranti Neptunus et abstulit illis

519. ora: ossa χ (Heinsius) | tum: cum BT 520. sparsum ... uenenum T, Faber:  
 -i ... -i Ω 521. passisque EMN(S) G: sparsisque U BF<sup>4</sup>GLT (deest P mutilus)  
 524. praestat χ 534. meorum: tuorum F<sup>4</sup> φ nepotum U<sup>3a</sup> BG (deest P) 536.  
 mihi: mea M<sup>2v</sup> φ 537. om. M<sup>ac</sup>, add. M<sup>2m</sup> | in medio: in dio M<sup>2m</sup> (post corr.):  
 immenso φ 538. graiumque M<sup>2v</sup> L<sup>ac</sup>(T): gratumque Ω

D'improvviso, impazzito, si mette a urlare in mezzo alla reggia  
 il figlio di Eolo: «Compagni, tendete le reti in quei boschi!  
 Vi ho visto appena passare una leonessa e due piccoli».  
 515 E come inseguendo una belva il folle insegue sua moglie,  
 strappa all'abbraccio materno Learco, che ride e gli tende  
 le piccole braccia, due volte e tre volte lo rotea nell'aria  
 a modo di fionda, poi fracassa brutale la testa al bambino  
 contro una roccia durissima. La madre, impazzita <  
 520 dal dolore, e più forse per via del veleno assorbito,  
 ulula, fuori di sé, e scappa, capelli nel vento  
 e braccia nude, stringendo il piccolo Melicerta:  
 «Euohè», invoca, «Bacco!». Al nome di Bacco Giunone  
 scoppiò a ridere e disse: «Così ti ripaga, il figlioccio!».  
 525 Strapiomba uno scoglio sul mare: la base è scavata dai flutti <  
 tanto che copre e ripara dai temporali le onde;  
 svetta la cima stendendo sul mare aperto la fronte.  
 Ino la scala (il delirio le presta le forze),  
 neppure un'ombra di panico a frenarla, e si getta nel mare  
 530 insieme al suo carico; all'urto s'imbiancano i flutti.  
 Ma Venere piange la nipote e il suo ingiusto supplizio <  
 e va dallo zio, carezzevole: «O dio dell'oceano  
 dall'impero secondo soltanto a quello del cielo, Nettuno,  
 vengo a chiederti un grande favore, ma tu abbi pietà  
 535 di questi miei che, l'hai visto, l'immenso Ionio ha travolto  
 e aggiungili agli altri tuoi dèi. Il mare mi deve qualcosa,  
 se è vero che in mezzo ai suoi baratri un giorno mi sono incarnata  
 dalla schiuma, e la schiuma mi ha dato il nome greco che porto».  
 Consenti Nettuno alla supplica e tolse ogni tratto mortale <

540 quod mortale fuit maiestatemque uerendam  
 imposuit nomenque simul faciemque nouauit  
 Leucothoeque deum cum matre Palaemona dixit.  
 Sidoniae comites, quantum ualuere secutae,  
 signa pedum primo uidere nouissima saxo;  
 545 nec dubium de morte ratae Cadmeida palmis  
 deplanxere domum scissae cum ueste capillos,  
 utque parum iustae nimiumque in paelice saeuae  
 inuidiam fecere deae. conuicia Iuno  
 non tulit et «faciam uos ipsas maxima» dixit  
 550 «saeuitiae monimenta meae». res dicta secuta est.  
 nam quae praecipue fuerat pia «persequar» inquit  
 «in freta reginam» saltumque datura moueri  
 haud usquam potuit scopuloque adfixa cohaesit;  
 altera, dum solito temptat plangore ferire  
 555 pectora, temptantes sensit riguisse lacertos;  
 illa, manus ut forte tetenderat in maris undas,  
 saxea facta manus in eadem porrigit undas;  
 huius, ut arreptum laniabat uertice crinem,  
 duratos subito digitos in crine uideres;  
 560 quo quaeque in gestu deprensa est, haesit in illo.  
 pars uolucres factae, quae nunc quoque gurgite in illo  
 aequora destringunt summis Ismenides alis.  
 Nescit Agenorides natam paruumque nepotem  
 aequoris esse deos; luctu serieque malorum

543. EMN(S)U<sup>3</sup> BF<sup>4</sup>GLPT      544-78. EMN(S)U<sup>3</sup> BF<sup>4</sup>GLP

542. *leucothoeque* fere Ω: *-tbeaque* (Plan) Naugerius: *-eeque* ed. Aldina post  
 543 deficit T (Σ = BF<sup>4</sup>GLP) 543-603. (= f. 47) scripsit eadem manus recentior  
 in U ac 232-83 supra (= U<sup>3</sup>) 546. *sciss(a)e ... capillos* EM(N<sup>ac</sup>) et fere (S): *-is ...*  
*-is* N<sup>c</sup>U<sup>3</sup> BF<sup>4</sup>GL (deest P) 551. *prosequar* F<sup>4</sup> br χ 552. *saluque dato re-*  
*moueri* M<sup>2v</sup> LP | *saltemque* (E<sup>ac</sup>) M<sup>1</sup> 553-4. *potuit ... cohaesit et solito ... ferire*  
 inter se commutata in E<sup>ac</sup>M(N<sup>ac</sup>) 555. *temptantes* I<sub>2</sub>: *-tatos* Ω: *-tanti* Heinsius:  
*-tando* nescioquis 558. *arrectum* EM<sup>ac</sup>(S) 562. *summis: sumptis* (S) W<sup>2v</sup> χ  
 (Heinsius) | *ismenides* χ: *cadmeides* φ: *mineides* Ω 564. *malorum: lab-* N BGL

540 ai due morti, vestendoli invece della maestà degli altari  
 e cambiandogli a un tempo il nome e la faccia:  
 e chiamò il nuovo dio, con sua madre Leucotoe, Palemone.  
 Le amiche d'Ino a Sidone ne seguirono le orme dei passi  
 come meglio potevano, e videro che cessavano in cima allo scoglio.  
 545 Certe che fosse morta, presero a battersi il petto  
 piangendo il casato di Cadmo, strappandosi vesti e capelli,  
 maledicendo la dea perché ingiusta e troppo crudele  
 con la rivale. Giunone non poté tollerare gli insulti  
 e disse: «Proprio di voi farò l'esempio più insigne  
 550 della mia crudeltà». Alla sua frase seguirono i fatti.  
 La più devota di tutte: «Voglio seguire», esclamò,  
 «la regina nel mare», e cercò di buttarsi:  
 ma non riusciva più a muoversi, impietrisse e si confuse nel sasso.  
 Un'altra che cerca di nuovo di battersi il petto  
 555 a lutto, si sente nel gesto gelare le braccia;  
 quella, che aveva proteso le mani ai frangenti del mare,  
 stese agli stessi frangenti mani ormai fatte di pietra;  
 a questa, che s'era afferrata i capelli a strapparli, d'un tratto  
 avresti visto indurirsi in mezzo ai capelli le dita;  
 560 sorpresa ognuna in un gesto, in quello rimane fermata.  
 Altre diventano uccelli; e oggi ancora, in quel tratto di mare,  
 in punta d'ala le Ismenidi sfiorano le onde. <  
 Ignora, il figlio di Agenore, che il nipotino e la figlia <  
 sono divinità marine: schiacciato dal lutto,

565 uictus et ostentis, quae plurima uiderat, exit  
 conditor urbe sua, tamquam fortuna locorum,  
 non sua se premeret; longisque erroribus actus  
 contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.  
 iamque malis annisque graues, dum prima retractant  
 570 fata domus releguntque suos sermone labores,  
 «num sacer ille mea traiectus cuspide serpens»  
 Cadmus ait «fuerat, tum cum Sidone profectus  
 uipereos sparsi per humum, noua semina, dentes?  
 quem si cura deum tam certa uindicat ira,  
 575 ipse, precor, serpens in longam porrigar aluum».  
 dixit et, ut serpens, in longam tenditur aluum  
 durataeque cuti squamas increscere sentit  
 nigraque caeruleis uariari corpora guttis;  
 in pectusque cadit pronus, commissaque in unum  
 580 paulatim tereti tenuantur acumine crura.  
 brachia iam restant; quae restant brachia tendit,  
 et lacrimis per adhuc humana fluentibus ora  
 «accede, o coniunx, accede, miserrima» dixit,  
 «dumque aliquid superest de me, me tange manumque  
 585 accipe, dum manus est, dum non totum occupat anguis».  
 ille quidem uult plura loqui, sed lingua repente  
 in partes est fissa duas, nec uerba uolenti  
 sufficiunt, quotiensque aliquos parat edere questus,  
 sibilat; hanc illi uocem natura reliquit.  
 590 nuda manu feriens exclamat pectora coniunx  
 «Cadme, mane, teque, infelix, his exue monstris!

579-99. EMN(S)U<sup>3</sup> BF<sup>4</sup>GL(P)

567. *erratibus* P 570. *fata* U<sup>3</sup> BF<sup>4</sup>G: *facta* EM<sup>4</sup>N L (deest P) | *repetuntque* M<sup>2v</sup>  
 F<sup>4</sup> (deest P) 577. *cuti* LG: -is Ω 579-99. *ultima* tantum litterae unius-  
 cuiusque uersus leguntur in P 579. *commissaque* Δ BG: -mixtaque F<sup>4</sup> L  
 580. *sinuantur* BF<sup>4</sup> 587. *uol-* M<sup>2v</sup> φ: *loqu-* Ω 591. *exime* F<sup>4</sup> φ

565 dal cumulo delle disgrazie, dai molti prodigi che ha visto,  
 lascia la sua città, fondata da lui, quasi a opprimerlo  
 fosse il malanno del luogo, non il suo; e dopo un lungo vagare  
 toccò i confini d'Illiria, profugo insieme a sua moglie.  
 Gravati dai crocchi e dagli anni, rievocano i fati lontani  
 570 della famiglia, e a parole rivivono i loro dolori:  
 e Cadmo si chiede: «Ma allora, era sacro il serpente  
 che, quando ho lasciato Sidone ho trafitto di lancia  
 spargendo poi in terra, semente inaudita, i suoi denti di vipera?  
 Se è volontà degli dèi, a vendetta per lui, quest'odio inflessibile,  
 575 li prego che io pure diventi un serpente dal corpo snodato».  
 A questa frase, si snoda come un serpente nel corpo,  
 gli si indurisce la pelle, si sente spuntare le scaglie  
 e macchie azzurre screziargli il corpo annerito.  
 Cade in avanti, sul ventre, e poco a poco le gambe  
 580 si fondono e si affilano dentro a un'unica coda rotonda.  
 Non ha più che le braccia, e le braccia, finché le ha, le protende  
 e, con le lacrime a invadergli la faccia che ha ancora d'uomo,  
 «Avvicinati», chiama, «mia povera moglie, avvicinati,  
 finché resta qualcosa di me, toccami, dammi la mano  
 585 finché la mano ce l'ho, e il serpente non mi ha tutto invasato».  
 Vorrebbe dire dell'altro, ma gli si scinde la lingua  
 a un tratto in due parti, la parola gli manca se parla,  
 e ogni volta che cerca di emettere qualche lamento  
 sibila: è l'unica voce che la natura gli lasci.  
 590 Colpendosi il petto nudo coi pugni, la moglie gli grida:  
 «Fermati, Cadmo, strappati, infelice, questo mostro di dosso,

Cadme, quid hoc? ubi pes, ubi sunt umerique manusque  
et color et facies et, dum loquor, omnia? cur non  
me quoque, caelestes, in eandem uertitis anguem?».

595 dixerat. ille suae lambebat coniugis ora  
inque sinus caros, ueluti cognosceret, ibat  
et dabat amplexus adsuetaque colla petebat.  
quisquis adest (aderant comites) terretur; at illa  
lubrica permulcet cristati colla draconis,  
600 et subito duo sunt iunctoque uolumine serpunt,  
donec in appositi nemoris subiere latebras.  
nunc quoque nec fugiunt hominem nec uulnere laedunt,  
quidque prius fuerint placidi meminere dracones.

Sed tamen ambobus uersae solacia formae  
605 magna nepos dederat, quem debellata colebat  
India, quem positus celebrabat Achaia templis.  
solus Abantiades ab origine cretus eadem  
Acrisius superest, qui moenibus arceat urbis  
Argolicae contraque deum ferat arma genusque  
610 non putet esse Iouis; neque enim Iouis esse putabat  
Persea, quem pluuiio Danae conceperat auro.  
mox tamen Acrisium (tanta est praesentia ueri)  
tam uiolasse deum quam non agnosse nepotem  
paenitet; impositus iam caelo est alter, at alter  
615 uiperei referens spoliū memorabile monstri  
aera carpebat tenerum stridentibus alis.  
cumque super Libycas uictor penderet harenas,  
Gorgonei capitis guttae cecidere cruentae,

Cadmo, perché? Dove hai i piedi? Dove hai più le spalle e le mani  
e il colore e la faccia e, man mano che parlo, ogni tratto?  
Dèi, perché non mutate pure me nello stesso serpente?».

595 Altro non disse: ma lui leccava la faccia alla moglie,  
s'insinuava nel seno diletto, quasi a lui familiare,  
la stringeva attaccandosi, come sempre, al collo di lei.  
Tremano tutti i presenti, i compagni che c'erano;  
lei invece accarezza sul viscido collo quel drago crestato,  
600 e sono due, d'improvviso, a serpeggiare intrecciando le spire,  
quindi a fuggire strisciando nel folto di un bosco vicino.  
Oggi ancora non temono l'uomo e non mordono,  
inoffensivi serpenti che non scordano quello che furono.

Fu tuttavia un gran conforto per i due trasformati  
605 che l'India, ormai conquistata, venerasse il nipote,  
che l'onorasse la Grecia, innalzandogli templi.  
Non resta che il figlio d'Abante, che ha sangue comune con lui,  
Acrisio, a sbarrare le mura d'Argo, la sua città,  
al dio e a fargli guerra, negandogli d'essere nato  
610 da Giove. Negava ugualmente che fosse figlio di Giove  
Perseo, concepito da Danae sotto la pioggia d'oro.  
Ma presto Acrisio rimpiange (grande è la forza del vero)  
d'aver offeso il dio, rinnegato il nipote:  
il primo ormai assunto in cielo, il secondo, a trofeo  
615 la spoglia gloriosa del mostro crinito di vipere,  
a fendere l'aria sottile sulle ali fruscianti.  
Ma mentre vola trionfante attraverso i deserti di Libia,  
dal capo della Gorgone gli caddero gocce di sangue

600-3. EMN(S)U<sup>3</sup> BF<sup>4</sup>GLP      604-700. EMN(S)U BF<sup>4</sup>GLP

594. eandem EMN<sup>ac</sup> L: eundem N<sup>c</sup>U BF<sup>4</sup>G      598. terrentur N<sup>ac</sup> | illis U<sup>3ac</sup> φ: illi  
φ      599. permulcent U<sup>3ac</sup>: perlucent P      603. quodque ... fuerant NU<sup>3</sup>  
604. redit U<sup>1</sup>      610. putet N<sup>2c</sup> F<sup>4</sup>P: -at Ω | iouis<sup>1</sup> c<sup>1</sup> o χ: deum (ex u. praecedenti)  
Ω      614. at Δ F<sup>4</sup>: et Σ



quas humus exceptas uarios animauit in angues;  
620 unde frequens illa est infestaque terra colubris.

Inde per immensum uentis discordibus actus  
nunc huc, nunc illuc exemplo nubis aquosae  
fertur et ex alto seductas aequore longe  
despectat terras totumque superuolat orbem.  
625 ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia uidit,  
saepe sub occasus, saepe est ablatus in ortus.  
iamque cadente die ueritus se credere nocti  
constitit Hesperio, regnis Atlantis, in orbe  
exiguamque petit requiem, dum Lucifer ignes  
630 euocet Aurorae, currus Aurora diurnos.  
hic hominum cunctis ingenti corpore praestans  
Iapetionides Atlas fuit; ultima tellus  
rege sub hoc et pontus erat, qui Solis anhelis  
aequora subdit equis et fessos excipit axes.  
635 mille greges illi totidemque armenta per herbas  
errabant, et humum uicinia nulla premebant.  
arboreae frondes auro radiante nitentes  
ex auro ramos, ex auro poma tegebant.  
«hospes» ait Perseus illi, «seu gloria tangit  
640 te generis magni, generis mihi Iuppiter auctor;  
siue es mirator rerum, mirabere nostras.  
hospitium requiemque peto.» memor ille uetustae  
sortis erat (Themis hanc dederat Parnasia sortem):  
«tempus, Atlas, ueniet, tua quo spoliabitur auro  
645 arbor, et hunc praedae titulum Ioue natus habebit».

620. *infectaque* (S) φ | *terra: turba* E(M<sup>ac</sup>) 623. *aequore:* (a)ethere M<sup>2-3c</sup>N<sup>c</sup> P, edd. multi | *longo* M<sup>2v</sup> φ 625. *geminas* B 626. *a(d//)latus* φ 628. *regnis* NU<sup>ac</sup> BGP: *regis* EMU<sup>c</sup> F<sup>4</sup>L 630. *currus* (B<sup>ac</sup>)I<sup>4</sup>ac: *currus* Ω | *diurn(a)e* E(M<sup>ac</sup>) 631. *cunctis:* -or E<sup>ac</sup>M<sup>ac</sup>(N<sup>ac</sup>): *custos* (S<sup>2</sup>) BG<sup>1</sup> 633. *solus* E<sup>ac</sup>M<sup>ac</sup>N<sup>ac</sup> B<sup>ac</sup>L 636. *premebant* EM<sup>ac</sup> (P): -bat Ω 638. *tegebant* Δ BG: *ferē* M<sup>2v</sup> F<sup>4</sup>L(P) 644. *at(b)las* M: *atblans* E: *at(b)la* U<sup>2-3c</sup> Σ: *ait* N

che accolse la terra e animò in ogni sorta di rettili:  
620 di lì il pullulare di serpi che infesta il paese.

Poi lo trascina attraverso lo spazio il dissidio dei venti,  
lo spinge qua e là, neanche fosse una nuvola gonfia di pioggia:  
contempla dall'alto le terre separate dal mare,  
sorvola l'intero universo. Tre volte ha già visto  
625 le Orse ghiacciate, tre volte le branche del Cancro;  
più volte è travolto a occidente, più volte a oriente.  
Ma il giorno declina, e affidarsi alla notte non osa;  
atterra così nel paese d'Esperia, nel regno d'Atlante,  
per prendersi un breve riposo aspettando Lucifero  
630 che susciti i fuochi d'Aurora, e Aurora il carro del giorno.  
Era d'immensa statura, questo figlio di Giapeto, Atlante,  
superiore a ogni uomo; regnava sul capo del mondo  
e sul mare che stende i suoi flutti ad accogliere  
i cavalli ansimanti del Sole, il suo carro spossato.  
635 Nei pascoli, mille suoi greggi e altrettanti armenti di buoi  
spaziavano, senza confini a sbarrargli il terreno;  
sugli alberi, all'ombra di foglie fulgenti del fuoco dell'oro  
d'oro crescevano i rami, e d'oro i frutti.  
«Straniero», Perseo andò a dirgli, «se hai qualche interesse  
640 per la gloria di un sangue sublime, io ho il sangue di Giove;  
se invece hai a cuore le imprese, avrai a cuore le mie.  
Ti chiedo accoglienza e riposo.» Ma il re non scordava  
un vaticinio lontano, sul Parnaso, l'augurio di Temi:  
«Verrà, Atlante, il giorno che gli alberi ti verranno spogliati  
[dell'oro,  
645 che a prendersi il vanto del furto sarà un figlio di Giove».

id metuens solidis pomaria clauserat Atlas  
 moenibus et uasto dederat seruanda draconi  
 arcebatque suis externos finibus omnes.  
 huic quoque «uade procul, ne longe gloria rerum,  
 650 quam mentiris» ait, «longe tibi Iuppiter absit».  
 uimque minis addit manibusque expellere temptat  
 cunctantem et placidis miscentem fortia dictis.  
 uiribus inferior (quis enim par esset Atlantis  
 uiribus?) «at quoniam parui tibi gratia nostra est,  
 655 accipe munus» ait laeuaque a parte Medusae  
 ipse retro uersus squalentia protulit ora.  
 quantus erat, mons factus Atlas; nam barba comaeque  
 in siluas abeunt, iuga sunt umerique manusque,  
 quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen,  
 660 ossa lapis fiunt. tum partes altus in omnes  
 creuit in immensum (sic, di, statuistis) et omne  
 cum tot sideribus caelum requieuit in illo.

Cluserat Hippotades Aetnaeo carcere uentos,  
 admonitorque operum caelo clarissimus alto  
 665 Lucifer ortus erat: pennis ligat ille resumptis  
 parte ab utraque pedes teloque accingitur unco  
 et liquidum motis talaribus aera findit.  
 gentibus innumeris circumque infraque relictis  
 Aethiopum populos Cepheaue conspicit arua.  
 670 illic immeritam maternae pendere linguae  
 Andromedan poenas iniustus iusserat Ammon.  
 quam simul ad duras religatam braccia cautes  
 uidit Abantiades (nisi quod leuis aura capillos

647. *m(o)enibus* φ: *mont-* Ω | *seruare* v<sub>3</sub>      650. *quas* N(U<sup>ac</sup>?) BGP      651. *mani-*  
*busque*: *for-* v<sub>2</sub><sup>1</sup> v<sub>3</sub> χ      653. *atlanti* χ      654. *gratia*: *gloria* U<sup>2c</sup> φ      657. *factus*:  
*tantus* E<sup>1a</sup> B      660. *altus*: *actus* φ: *auctus* c o<sup>c</sup> χ (Heinsius)      662. *requiescit*  
 BG      663. *Aetnaeo* Housman: (a)*eterno* Ω      671. *iniustus*: *immitis* χ

Per questa paura, Atlante aveva cintato i frutteti  
 di muraglie massicce, mettendovi a guardia un gran drago,  
 e cacciava dal suo territorio qualunque straniero.  
 Così, pure a questo: «Va' via, o non saprai più che fartene»,  
 650 disse, «di queste bugiarde tue imprese gloriose, o di Giove».  
 Aggiunge agli insulti la forza, e prova a cacciarlo coi pugni,  
 mentre l'altro resiste alternando parole di pace e comandi.  
 Ma in forza non può stargli a pari (chi potrebbe competere in forza  
 con Atlante?), e: «Poiché mi rifiuti un favore»,  
 655 gli grida, «ho un regalo per te», e con la mano sinistra,  
 voltando lui stesso la faccia, gli ostenta l'orribile volto di Medusa.  
 Per quanto era grande, Atlante si cambia in montagna;  
 trapassano barba e capelli in boschi, le spalle e le braccia  
 in creste, e la testa di prima diventa la vetta del monte,  
 660 rocce le ossa. Poi crebbe da tutte le parti  
 (dèi, è stato il vostro volere) all'infinito in altezza,  
 e riposò su lui tutto il cielo e le innumeri stelle.

Intanto il figlio di Ippota chiudeva nel carcere etneo  
 i venti; nell'alto del cielo era sorto, a chiamare al lavoro,  
 665 fulgido come non mai Lucifero. Prende le ali,  
 le lega ai due lati dei piedi, si cinge dell'arma ricurva  
 e solca l'aria chiara agitando i talari.  
 Si è lasciato d'intorno e alle spalle infinite nazioni,  
 quando butta uno sguardo sui popoli etiopi e alle terre di Cefeo.  
 670 E lì, per ordine ingiusto di Ammone, spiava innocente  
 Andromeda, con la vita, l'avventata lingua materna.  
 Ma appena le vede le braccia avvinte alle ruvide rocce,  
 il nipote di Abante (non fosse che una brezza leggera

mouerat et tepido manabant lumina fletu,  
 675 marmoreum ratus esset opus), trahit inscius ignes  
 et stupet et uisae correptus imagine formae  
 paene suas quater est oblitus in aere pennas.  
 ut stetit, «o» dixit «non istis digna catenis,  
 sed quibus inter se cupidi iunguntur amantes,  
 680 pande requirenti nomen terraeque tuumque  
 et cur uincla geras». primo silet illa nec audet  
 appellare uirum uirgo, manibusque modestos  
 celasset uultus, si non religata fuisset;  
 lumina, quod potuit, lacrimis impleuit obortis.  
 685 saepius instanti, sua ne delicta fateri  
 nolle uideretur, nomen terraeque suumque  
 quantaque maternae fuerit fiducia formae  
 indicat; et nondum memoratis omnibus unda  
 insonuit, ueniensque immenso belua ponto  
 690 imminet et latum sub pectore possidet aequor.  
 conclamat uirgo; genitor lugubris et una  
 mater adest, ambo miseri, sed iustius illa,  
 nec secum auxilium, sed dignos tempore fletus  
 plangoremque ferunt uinctoque in corpore adhaerent.  
 695 tum sic hospes ait: «lacrimarum longa manere  
 tempora uos poterunt; ad opem breuis hora ferendam est.  
 hanc ego si peterem Perseus Ioue natus et illa,  
 quam clausam impleuit fecundo Iuppiter auro,  
 Gorgonis anguicomae Perseus superator et alis  
 700 aetherias ausus iactatis ire per auras,

674. *trepido* N (Heinsius) 676. *et uis(a)e* F<sup>4</sup>P: *ex u.* G: *exigu(a)e*  
 EM<sup>1</sup>N(U<sup>ac</sup>)(S): *eximi(a)e* M<sup>2m</sup>U<sup>3c</sup> BL l *corruptus* EM<sup>ac</sup> 677. *quater* Δ BF<sup>4</sup>  
 681. *silet: stupet* F<sup>4</sup>P 688. *et: at* Heinsius 689. *ueniens* (om. -que) U P  
 690. *eminet* F<sup>4</sup>(P?) φ 691. *una: amens* χ (Heinsius) 692. *iustior* (N<sup>ac</sup>)U<sup>1</sup>  
 695. *tum* N<sup>4c</sup>U<sup>3c</sup> φ: *cum* Ω, edd. 696. *ferendam* φ: -da Ω (deest P mutilus)  
 698. *clausam: quondam* (S) BG 700. *aerias* B

le agitava i capelli e dagli occhi scorrevano calde le lacrime,  
 675 l'avrebbe creduta una statua di marmo) s'accende di fuoco  
 e non se ne accorge, è stordito; la suprema bellezza che vede  
 lo rapisce, e quasi dimentica di muovere in aria le penne.  
 Atterra e: «Tu non sei fatta», le dice, «per queste catene,  
 ma per quelle che stringono insieme nel desiderio gli amanti.  
 680 Dimmi, lo voglio sapere, come si chiama il paese,  
 come ti chiami, perché sei legata». Lei tace all'inizio,  
 è una fanciulla, non osa rivolgersi a un uomo; non fosse legata,  
 nasconderebbe ritrosa in mezzo alle mani la faccia.  
 Ma altro non può che riempirsi gli occhi di lacrime.  
 685 Lui insiste; e per non sembrargli nascondere qualche peccato,  
 lei dice come si chiama, come si chiama il paese,  
 con quanta superbia vantasse la sua bellezza sua madre.  
 Non aveva finito il racconto che l'acqua rintrona:  
 dal mare immenso emerge una Bestia che avanza  
 690 e invade con il ventre il grande oceano.  
 La ragazza alza un urlo: il padre in lutto e la madre  
 le sono a fianco, ambedue disperati, ma lei più a ragione.  
 Non sanno portarle soccorso, ma il pianto e lo strazio  
 che merita quella tragedia: si stringono al corpo di lei incatenato,  
 695 e il nuovo venuto gli dice: «Per le lacrime avrete in futuro  
 tutto il tempo; per agire non vi resta che un attimo.  
 Se a chiederla in moglie io venissi come Perseo, figlio di Giove <  
 e della reclusa che Giove coperse d'oro fecondo,  
 Perseo, che ha vinto la Gorgone chioma di serpi  
 700 e ha osato spaziare per l'etere in un battito d'ali,

praeferrer cunctis certe gener. addere tantis  
dotibus et meritum (faueant modo numina) tempto;  
ut mea sit seruata mea uirtute paciscor».  
accipiunt legem (quis enim dubitaret?) et orant  
705 promittuntque super regnum dotale parentes.

Ecce, uelut nauis praefixo concita rostro  
sulcat aquas iuuenum sudantibus acta lacertis,  
sic fera dimotis impulsu pectoris undis.  
tantum aberat scopulis quantum Balearica torto  
710 funda potest plumbo medii transmittere caeli,  
cum subito iuuenis pedibus tellure repulsa  
arduus in nubes abiit. ut in aequore summo  
umbra uiri uisa est, uisam fera saeuit in umbram;  
utque Iouis praepes, uacuo cum uidit in aruo  
715 praebentem Phoebos lucentia terga draconem,  
occupat auersum, neu saeuia retorqueat ora,  
squamigeris auidos figit ceruicibus ungues,  
sic celeri missus praepes per inane uolatu  
terga ferae pressit dextroque frementis in armo  
720 Inachides ferrum curuo tenus abdidit hamo.  
uulnere laesa graui modo se sublimis in auras  
attollit, modo subdit aquis, modo more ferocis  
uersat apri, quem turba canum circumsona terret;  
ille auidos morsus uelocibus effugit alis,  
725 quaque patet, nunc terga cauis super obsita conchis,  
nunc laterum costas, nunc, qua tenuissima cauda

701. EMN(S)U BF<sup>4</sup>GL(P)

702-86. EMN(S)U BFGL(P)

701-93. plurima in P aut trita sunt aut omnino desunt 702. redit F<sup>1</sup> (uel rectius alia manus fere aequalis, ut uid.) 708. cum sequentibus coniungunt edd. plerique 709-10. *tortum* ... *plumbum medio* NU 712. ut EM: at (S)NU; et BF GL 713. *uisam* ... *umbram* M<sup>2c</sup> BFG: -a ... -a Δ L 715. *lucentia* M<sup>2c</sup> φ 718. *celer immisso* χ (unde c. *admisso* Slater) | *misso pr.* EM<sup>ac</sup>; *pr. misso* G *prepes* F 720. *addidit* N<sup>ac</sup>U<sup>ac</sup> 725. *patent* U<sup>3c</sup>L<sup>3c</sup> φ

mi vorreste fra tutti per genero, sono certo. Ora provo ad associare  
a tante virtù anche un servizio, se solo gli dèi mi assecondano.  
Sarà mia (vi propongo un accordo) se il mio valore la salva».  
Accettano il patto (chi avrebbe esitato?) e lo supplicano,  
705 i genitori di lei, promettendo anche il regno per dote.

Ecco che, come una nave veloce col rostro proteso  
solca le onde, sospinta da giovani braccia in sudore,  
fendeva con l'urto del petto i marosi la Bestia,  
distanto ormai dagli scogli del tratto che in cielo traversa  
710 il piombo che scagli una fionda baleare; e subito il giovane  
fece leva in terra coi piedi e in alto balzò fra le nuvole.  
Appena la Bestia gli vide, riflessa sul pelo dell'acqua,  
l'ombra, sull'ombra che vede s'avventa selvaggia;  
ma come l'uccello di Giove, se avvista in aperta campagna  
715 offrire il livido dorso a Febo un serpente,  
lo assale da dietro e, a impedirgli di girare le fauci feroci,  
gli conficca gli artigli rapaci nel collo squamoso,  
così a capofitto si lancia in un volo veloce nel vuoto,  
piomba, il nipote d'Inaco, sulla schiena del mostro e gli pianta  
720 nella scapola destra in sussulti la spada fino al gancio dell'elsa.  
Straziato dal colpo profondo, ora quello si leva alto in aria,  
ora s'immerge nel mare, ora si rotola al modo  
di un cinghiale selvaggio, atterrito, fra una muta ululante di cani.  
L'altro, sulle ali veloci, sfugge ai suoi morsi rabbiosi  
725 e dovunque c'è un varco, sul dorso incrostato di curve conchiglie,  
o ai fianchi, in mezzo alle costole, o alla coda, nel punto più stretto

desinit in piscem, falcato uerberat ense.  
 belua puniceo mixtos cum sanguine fluctus  
 ore uomit; maduere graues aspergine pennae.  
 730 nec bibulis ultra Perseus talaribus ausus  
 credere conspexit scopulum, qui uertice summo  
 stantibus exstat aquis, operitur ab aequore moto;  
 nixus eo rupisque tenens iuga prima sinistra  
 ter quater exegit repetita per ilia ferrum.

735 Litora cum plausu clamor superasque deorum  
 impleuere domos; gaudent generumque salutant  
 auxiliumque domus seruatoresque fatentur  
 Cassiope Cepheusque pater; resoluta catenis  
 incedit uirgo, pretiumque et causa laboris.  
 740 ipse manus hausta uictrices abluit unda,  
 anguiferumque caput dura ne laedat harena,  
 mollit humum foliis natasque sub aequore uirgas  
 sternit et imponit Phorcynidos ora Medusae.  
 uirga recens bibulaque etiamnum uiua medulla  
 745 uim rapuit monstri tactuque induruit huius  
 perceptique nouum ramis et fronde rigorem.  
 at pelagi nymphae factum mirabile temptant  
 pluribus in uirgis et idem contingere gaudent  
 seminaque ex illis iterant iactata per undas.  
 750 nunc quoque curaliis eadem natura remansit,  
 duritiam tacto capiant ut ab aere, quodque  
 uimen in aequore erat fiat super aequora saxum.

Dis tribus ille focos totidem de caespite ponit,  
 laeuum Mercurio, dextrum tibi, bellica uirgo;

727. uerberat (E<sup>ac</sup>)N(U<sup>ac</sup>?) (S) G: uuln- Ω 732. moto: rapto NU<sup>1</sup> BFG (-os), unde raucō Pulbrook 733. sinistr(a)e NU: -tro (E<sup>ac</sup>)(M<sup>ac</sup>) 741. dura: nuda φ 746. conceptique NU 749. iterant U B<sup>c</sup>: ut er- Ω 751. tactu EM<sup>ac</sup> | captant EM<sup>ac</sup>N<sup>ac</sup>: -ent N<sup>2c</sup> g | ad aera E(N<sup>ac</sup>): ab (a)equore BF<sup>1</sup>G<sup>ac</sup>L<sup>ac</sup>: ab (a)ethere G<sup>2m</sup>L<sup>3c</sup> φ 752. in (a)equor M<sup>ac</sup> L

che termina a pesce, lui assesta i suoi colpi di spada falcata. <  
 La Bestia vomita ondate mischiate a un sangue di porpora  
 dalla bocca, gli schizza le ali, che si bagnano e si fanno pesanti.

730 Perseo, che ormai non si fida a contare sui sandali fradici,  
 avvista uno scoglio che in cima spunta appena dall'acqua

[tranquilla,

ma è sommerso, se il mare è agitato. Lì scende a posarsi,  
 con la sinistra si tiene alla cresta suprema di roccia  
 e tre e quattro volte gli cerca e gli infilza col ferro le viscere.

735 Gli applausi e le grida riempirono la spiaggia e le case celesti  
 degli dèi: giubilanti lo chiamano genero,  
 salutandolo appoggio e salvezza all'intera famiglia,  
 Cassiope e il padre, Cefeo: liberata dai vincoli  
 arriva la vergine, premio e ragione all'impresa.

740 Lui coglie dell'acqua e si lava le mani trionfanti, <  
 poi, temendo che guasti, la ruvida sabbia, la testa di serpi,  
 addolcisce il terreno di foglie, vi distende rametti subacquei  
 posandovi infine la faccia di Medusa, la figlia di Forco.

I freschi rametti, il midollo che è ancora vivo e spugnoso  
 745 assorbe il potere del mostro e appena lo sfiora indurisce:  
 assumono i rami e le foglie uno strano rigore.

Le ninfe del mare rimettono il prodigio alla prova  
 su nuovi rametti, estasiare al vedere che accade ogni volta;  
 poi, a guisa di semi, li spargono in mezzo ai marosi  
 750 e oggi ancora al corallo è rimasta la stessa natura:  
 indurisce, a quello che sembra, a contatto con l'aria  
 e quello che in mare era un giunco, uscendo dal mare è una

A tre dèi Perseo innalza altrettanti altari di zolle, [pietra. <  
 il sinistro a Mercurio, il destro a te, vergine armata,

755 ara Iouis media est. mactatur uacca Mineruae,  
 alipedi uitulus, taurus tibi, summe deorum.  
 protinus Andromedan et tanti praemia facti  
 indotata rapit; taedas Hymenaeus Amorque  
 praecutiunt, largis satiantur odoribus ignes,  
 760 sartaque dependent tectis et ubique lyraeque  
 tibiaque et cantus, animi felicia laeti  
 argumenta, sonant. reseratis aurea ualuis  
 atria tota patent, pulchroque instructa paratu  
 Cepheni proceres ineunt conuiuia regis.  
 765 Postquam epulis functi generosi munere Bacchi  
 766 diffudere animos, cultusque genusque locorum  
 767 quaerit Lyncides moresque animumque uirorum.  
 769 quae simul edocuit «nunc, o fortissime» dixit,  
 770 «fare, precor» Cepheus, «quanta uirtute quibusque  
 771 artibus abstuleris crinita draconibus ora».  
 narrat Agenorides gelido sub Atlante iacentem  
 esse locum solidae tutum munimine molis;  
 cuius in introitu geminas habitasse sorores  
 775 Phorcidas, unius partitas luminis usum;  
 id se sollerti furtim, dum traditur, astu  
 supposita cepisse manu perque abdita longe  
 deuiaque et siluis horrentia saxa fragosis  
 Gorgoneas tetigisse domos, passimque per agros  
 780 perque uias uidisse hominum simulacra ferarumque  
 in silicem ex ipsis uisa conuersa Medusa;

755 e in mezzo l'ara di Giove; immola una vacca a Minerva,  
 al dio piedi alati un vitello, a te un toro, nume supremo.  
 E poi, a ricompensa dell'opera grandiosa, si porta via Andromeda,  
 rinunciando alla dote. Ad agitare le torce nuziali  
 sono Amore e Imeneo; a piene mani si nutrono i fuochi d'aromi,  
 760 si attaccano ai tetti ghirlande, e dovunque riecheggiano lire  
 e flauti e canti, il felice ragionare dell'anima lieta.  
 Le porte s'aprono, e ostentano la grande reggia dorata,  
 arredata con mense sontuose: così i cortigiani  
 di Cefeo si siedono al pranzo regale.  
 765 Finito il banchetto e scioltisi i cuori nel nobile dono di Bacco, <  
 766 s'informa sulla cultura e sulle maniere del luogo  
 767 il nipote di Linceo, sugli usi e attitudini degli abitanti.  
 769 Come Cefeo finì di spiegare: «E adesso», gli disse, «racconta,  
 770 ti prego, fortissimo, con che coraggio e che astuzie  
 771 sei riuscito a tagliare la testa dai capelli di serpi».  
 Narra, il nipote di Agenore, che ai piedi del gelido Atlante <  
 c'è un luogo protetto da solidi bastioni di roccia;  
 vi avevano casa all'ingresso due sorelle gemelle  
 775 figlie di Forco, che in due si spartivano un occhio.  
 Mentre se lo passavano, lui glielo aveva sottratto  
 con astuzia, mettendo in mezzo la mano; poi aveva raggiunto,  
 per anfratti impervi e remoti, per rocce scoscese e aspri boschi,  
 la casa delle Gorgoni; qua e là, per le vie e lungo i campi,  
 780 aveva visto le statue di uomini e bestie  
 mutati, a guardare Medusa, da quello che erano in sasso;

759. *praecutiunt* EM<sup>1</sup>(N<sup>ac</sup>): -*cip*- Ω (U<sup>3c</sup>) 765. *gen. et munere* N<sup>c</sup> L post  
 766 *querit abantiades; quaerenti protinus unus* add. in marg. U<sup>3</sup> F<sup>2-3</sup>L<sup>2</sup> q: om. Ω,  
 del. edd.: *querit abanchyades mores animumque uirorum / narrat lincides querenti*  
*protinus unus* N<sup>4c</sup> in spatio unius uersus 767. *quaerit: narrat* U<sup>3c</sup> F<sup>3c</sup>L<sup>2m</sup> δ h<sup>2c</sup> |  
*lyncides: abantiades* E<sup>3c</sup> N<sup>4c</sup> BG(L<sup>ac</sup>?) | *animosque* G: *habitumque* U L 769.  
*quae: qui* M<sup>ac</sup> edd. | *edocuit: ut d.* (S) 770. *Cepheus* Plan (coni. Haupt): *Perseu*  
 Ω, edd. 775. *sortitas* N<sup>2c</sup>U<sup>3c</sup> F<sup>2c</sup>G 778. *arentia* (S) B 780. *ferarum-*  
*que* N<sup>ac</sup>U<sup>3c</sup>: *ferarum* Ω

se tamen horrendae clipei, quem laeva gerebat,  
 aere repercussae formam aspexisse Medusae,  
 dumque grauis somnus colubrasque ipsamque tenebat,  
 785 eripuisse caput collo; pennisque fugacem  
 Pegason et fratrem matris de sanguine natos.  
 addidit et longi non falsa pericula cursus,  
 quae freta, quas terras sub se uidisset ab alto  
 et quae iactatis tetigisset sidera pennis.  
 790 ante expectatum tacuit tamen; excipit unus  
 ex numero procerum quaerens cur sola sororum  
 gesserit alternis immixtos crinibus angues.  
 hospes ait «quoniam scitaris digna relatu,  
 accipe quaesiti causam. clarissima forma  
 795 multorumque fuit spes inuidiosa procorum  
 illa, neque in tota conspectior ulla capillis  
 pars fuit; inueni, qui se uidisse referret.  
 hanc pelagi rector templo uitiasse Mineruae  
 dicitur; auersa est et castos aegide uultus  
 800 nata Iouis texit, neue hoc impune fuisset,  
 Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros.  
 nunc quoque, ut attonitos formidine terreat hostes,  
 pectore in aduerso, quos fecit, sustinet angues».

787-93. EMNU BFGL(P)      794-803. EMNU BFGLP

782. se M<sup>2c</sup>U BG: sed EM<sup>ac</sup>N FL | horrendo EM<sup>ac</sup> | quem NU<sup>3c</sup> B<sup>c</sup>GL<sup>3c</sup>; quod Ω  
 783. repercussae Slater: -o Ω (percusso NU): -am Riese      786. fratrem χ U<sup>4m</sup>: -es  
 Ω (fontem uel -es N<sup>2c</sup>U<sup>2c</sup> φ) | de S siletur posthac usque ad VI 439      790. spectat-  
 tum Δ F<sup>ac</sup>L | tacuit; tamen dist. Ω      791. sola: una φ      792. alternis M<sup>2c</sup>U<sup>2c</sup>  
 BFGL: -os Δ      796. totis EM L      797. referret Δ: -ent Σ      802-3. olim de-  
 leuerunt

quanto a lui, l'orribile volto di Medusa non l'aveva guardato  
 che riflesso nello scudo di bronzo al suo braccio sinistro; <  
 e mentre un sonno pesante gravava su lei e sopra gli aspidi,  
 785 le aveva spiccato la testa dal collo. Dal sangue materno  
 erano nati Pegaso, d'ali veloci, e il fratello.  
 Poi disse dei rischi reali del lungo percorso,  
 che mari e che terre, dall'alto, s'è visti passare di sotto,  
 che stelle è arrivato a sfiorare, sulle ali vibranti.  
 790 Tacque, ma quelli aspettavano dell'altro; così, uno dei nobili  
 gli chiede a sua volta perché, fra tante sorelle,  
 solo Medusa frammisti ai capelli portasse dei serpi.  
 Lo straniero rispose: «La storia che chiedi <  
 merita raccontarla; e rispondo. Era stata bellissima,  
 795 per folle dei suoi pretendenti gelosa speranza,  
 e fra tutti i suoi pregi non c'era attributo più splendido  
 dei capelli: ho incontrato chi m'ha detto di averglieli visti.  
 Si racconta che il re dell'oceano l'avesse violata  
 nel tempio di Minerva: si volse, la figlia di Giove, coprendosi <  
 800 con l'egida il volto castissimo; e non volle lasciarla impunita,  
 ma mutò i capelli alla Gorgone in orrendi serpenti.  
 Oggi ancora atterrisce e stordisce i nemici di panico <  
 mettendosi in petto, davanti, i colubri che allora ha creato».

OVIDIO  
METAMORFOSI

a cura di A. Barchiesi

*Piano dell'opera*

Volume I  
Saggio introduttivo  
di C. Segal

LIBRI I-II

traduzione di L. Koch  
commento di A. Barchiesi

Volume II  
LIBRI III-IV

traduzione di L. Koch  
commento di A. Barchiesi e G. Rosati

Volume III  
LIBRI V-VI

traduzione di G. Chiarini  
commento di G. Rosati

Volume IV  
LIBRI VII-IX

traduzione di G. Chiarini  
commento di E.J. Kenney

Volume V  
LIBRI X-XII

traduzione di G. Chiarini  
commento di J.D. Reed

Volume VI  
LIBRI XIII-XV

traduzione di G. Chiarini  
commento di P. Hardie

Testo critico basato sull'edizione oxoniense di R. Tarrant

OVIDIO

# METAMORFOSI

Volume II  
(Libri III-IV)

a cura di Alessandro Barchiesi

Testo critico basato sull'edizione  
oxoniense di Richard Tarrant

Traduzione di Ludovica Koch

Commento di Alessandro Barchiesi  
e Gianpiero Rosati

FONDAZIONE LORENZO VALLA  
ARNOLDO MONDADORI EDITORE



Questo volume è stato pubblicato  
grazie alla collaborazione di  
Assicurazioni Generali  
Banco di Sicilia  
Fondazione Cariplo  
Fondazione Carisbo

ISBN 978-88-04-56234-4

*Grafica di Vittorio Merico*

© *Fondazione Lorenzo Valla 2007*  
*1 edizione marzo 2007*

[www.librimondadori.it](http://www.librimondadori.it)